This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

FLORILEGIUM PATRISTICUM

DIGESSIT VERTIT ADNOTAVIT

GERARDUS RAUSCHEN
DR. THEOL. ET PHIL., SS. THEOLOGIAE IN UNIVERSITATE BONNENSI
PROF. P. E.

FASCICULUS IV

TERTULLIANI LIBER DE PRAESCRIPTIONE HAERETICORUM

ACCEDUNT

S. IRENAEI ADVERSUS HAERESES III 3—4

601
Flor. 4
Tertullian

BONNAE
SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN
MCMVI

In meinem Verlage ist erschienen:

Florilegium patristicum

digessit vertit adnotavit **Gerardus Rauschen.** Fasc. I: Monumenta aevi apostolici (zweite verbesserte und vermehrte Auflage im Druck). — Fasc. II: S. Iustini apologiae duae (p. 101), 1904 ℳ 1.50, kart. 1.70. — Fasc. III: Monumenta minora saeculi secundi (p. 106) 1905, ℳ 1.50, kart. 1.70. — Fasc. IV: Tertulliani liber d 1.—, kart.
1 ria (p. 71)
1 ologetici
r Fasc. VII:
M ıa (p. 170)
1

601 Flor
Tertullian
Harvard Divinity School

sonderen
A cher. Die
g ebersetzung
u den Anmer-
k ıieten ganz
n

ıen Vätern,
n erbrief des
I Kapitel aus
d wertvollsten
S den voll-
st wichtigere
H 'eft stehen
v , das 1892
a und aus-
g : die Aber-
k rs die neu-
e dogmatisch
w ɔn und im
A ıt die Com-
m ɜn wurden
ft Tertullians
A n und die
H ɜ Varianten
d ganz neuer
T len, enthält
1 ch auf die
S , darunter
v des Ambro-

ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
MDCCCCX
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

BOUGHT WITH MONEY
GIVEN BY
THE SOCIETY FOR PROMOTING
THEOLOGICAL EDUCATION

sius De mysteriis und Ps.-Ambrosius de sacramentis; angehängt sind 36 kleinere Zitate aus Schriften der drei ersten Jahrhunderte.

FLORILEGIUM PATRISTICUM

DIGESSIT VERTIT ADNOTAVIT

GERARDUS RAUSCHEN
DR. THEOL. ET PHIL., SS. THEOLOGIAE IN UNIVERSITATE BONNENSI
PROF. P. E.

FASCICULUS IV

TERTULLIANI LIBER DE PRAESCRIPTIONE HAERETICORUM

ACCEDUNT

S. IRENAEI ADVERSUS HAERESES III 3—4

BONNAE
SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN
MCMVI

ANDOVER-HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY
MAR 10 1914
HARVARD
DIVINITY SCHOOL
H42,516
601
Flor.
Tertullian

Imprimi permittitur.

Coloniae die XXX. mensis septembris 1905.

D. m. archiepiscopi Colon.
Hespers
Canonicus ecclesiae metropolitanae.

Alle Rechte vorbehalten.

Typis Caroli Georgi academici.

Franciscus Oehler maiorem suam operum Tertullianeorum editionem adparaturus codicem vetustissimum Agobardinum suis oculis non vidit, sed duabus conlationibus Baluzii et Hildebrandi usus est. Quae cum plurimum inter se discreparent, frequentissime incertus haesitavit, utrius lectioni adstipularetur. Itaque ipse mense augusto huius anni Parisios profectus librum De praescriptione in eo codice denuo contuli. Iam paulo ante codicem Seletstadiensem saec. XI, quem post Beatum Rhenanum, editorem principem Tertulliani, nemo cognoverat, in bibliotheca Regia Bonnensi recognoveram, et hac data occasione amplissimo magistratui urbis Schlettstadt, qui codicem meum in usum benignissime miserat, iterum gratias agere gestio. Hisce subsidiis munitus textum libri De praescriptione multis locis emendasse mihi videor.

Adpendicis loco Tertulliani opusculo adiunxi s. Irenaei Adversus haereses capita III 3 et 4, totius operis praestantissima, in quibus et ipsis auctoritas ecclesiasticae traditionis luculentissime defenditur.

Simul cum hoc fasciculo quarto emittitur quintus, quo Vincentii Lerinensis Commonitoria continentur.

Scripsi Bonnae idibus octobribus MCMV.

ARGUMENTUM

Prolegomena. pag.
§ 1. De Tertulliani vita et scriptis . . . . . 1— 4
§ 2. De praescriptione haereticorum . . . . . 5— 8
De praescriptione haereticorum . . . . . 9—61
Adpendix. S. Irenaei Adversus haereses III 3—4 . . . . 62—69

PROLEGOMENA.

§ 1. DE TERTULLIANI VITA ET SCRIPTIS.

1. Quintus Septimius Florens *Tertullianus* circa annum 160 p. Chr. Carthagine natus est filius centurionis proconsularis. Adulescens praeclarae indolis litterisque cum graecis tum latinis doctissimus aliquamdiu, ut videtur, causas in foro egit, sed ante annum 197 Christi fidem amplexus presbyteratum iniit, quamquam uxorem duxerat. Deinde in fide christiana defendenda omnem conlocavit operam, quoad paulo post annum 200 Montani partes secutus in catholicorum seu, ut dicebat, psychicorum indulgentiam non minore acerbitate invehi coepit, quam antea in ethnicorum impietatem; 'postmodum etiam ab ipsis divisus sua conventicula propagavit'[1]. 'Fertur vixisse usque ad decrepitam aetatem'[2]; mortem obiit post annum 220 Carthagine, ubi vitam totam fere egerat.

2. Fuit autem Tertullianus *acri ingenio*, grandi dicendi vi et lepore, at animo violento impatientique. Ratiocinationibus eius saepe plus splendoris inest quam solidi, ita ut fascinet magis audacibus sententiis et novis elocutionibus, quam vi rationum convincat. Praeter modum saepe loquitur, in omnibus fere rebus effervescit et effertur, figuris et hyperbolis scatet. De stilo Tertulliani notissimum est illud Vincentii Lerinensis[3]:

---

[1] Augustinus, De haer. 86.
[2] Hieronymus, De vir. inl. 53.
[3] Commonitoria 18, 3.

'Quot paene verba tot sententiae', qui minus provide addit: 'quot sensus tot victoriae'; recte Lactantius[1] de eo: 'in loquendo', inquit, 'parum facilis, parum comptus et multum obscurus'. Nihilo setius in numero ingeniosissimorum scriptorum ecclesiasticorum certe habendus est Tertullianus; parentis paene loco eum observavit s. Cyprianus, qui 'numquam absque Tertulliani lectione unam praeteriit diem ac notario suo crebro dixit: da magistrum! Tertullianum videlicet significans'[2].

3. *Plurimos libros* conscripsit Tertullianus; qui cum propter singularitatem et gravitatem sermonis medio aevo minus legerentur, haud pauci interciderunt, alii aut uno codice Agobardino aut (De baptismo, De ieiunio, De pudicitia) solis vetustissimis editionibus typicis ad nos pervenerunt; quos graece edidit libros, eorum nullus omnino exstat. Porro libri eius, qui exstant, omnes fere polemici, ut dicunt, generis sunt, alii ad tuendam fidem contra Iudaeos et paganos, alii ad redarguendam haeresim seu ad obpugnandos singulos haereticos praesertim gnosticos, alii de disciplina ecclesiastica morumque integritate scripti. Quibus annis singuli libri adtribuendi sint, de plerisque diiudicari nequit; de multis id solum constat, utrum tempore, quo auctor ecclesiae catholicae, an quo Montani adsecla fuit, compositi sint.

4. *Omnium codicum*, quibus Tertulliani opera ad nos pervenerunt, tres optimi videntur esse: Agobardinus (Bibl. Nation. Paris. nr. 1622, saec. IX), Montepessulanus saec. XI (etiam Pithoeanus dictus, quia olim P. Pithoei fuerat), Seletstadiensis saec. XI; sed in hisce, sicuti in ceteris Tertulliani codicibus, complura eius opera desiderantur. De *vetustissimo codice Agobardino* paulo accuratius disputabo. In prima eius pagina haec litteris uncialibus scripta leguntur: 'Liber oblatus ad altare sancti Stephani ex voto Agobardi episcopi'. Fuit Agobardus episcopus Lugdunensis annis 816—840; intra hos igitur annos

---

[1] Inst. div. V 1.
[2] Hieron. l. l.

codex e manibus eius in ecclesiam et seminarium sacerdotale urbis Lugduni translatus est. Postea saeculo XVII. a Iacobo Gothofredo bibliothecae Regiae Parisinae, ubi nunc adservatur, dono datus est. Ibi primus Nicolaus Rigaltius anno 1634 eo usus est; Franciscus Oehler codicem ipse, id quod magnopere dolendum est, non inspexit, sed duplicem eius conlationem in manibus habebat, alteram a Stephano Baluzio margini editionis Rigaltianae anni 1641 adscriptam, alteram a G. F. Hildebrando factam sibique traditam. Codex non integer ad nos pervenit; ex viginti uno scriptis Tertulliani, quae in eo fuisse ex indice patet, octo interierunt; praeterea extremae foliorum orae ex manuum contactu miseram labem traxerunt et situ humoreque adrosae sunt, ita ut a quarta circiter linea unum vel tria verba in margine uniuscuiusque folii prorsus plerumque evanuerint. Denique librarius, qui codicem exaravit, mira nescio qua somnolentia rem egit; saepe enim syllabas, voces, quin etiam totas sententias praetermisit, ubi oculi eius a similibus syllabis aut vocabulis aberraverant; aliis multis locis contraria quadam perversitate litteras aut syllabas aut voculas semel exarandas per dittographiam duplicavit[1].

Codex Seletstadiensis hodie in bibliotheca urbis Schlettstadt in Alsatia adservatur (cod. nr. 88). In fronte tegumenti huius libri legitur: 'A domino Iacobo Timmermann decano Colmariensi' et 'codex Paterniacensis'; inde constat hunc esse codicem Paterniacensem, quem deprehendit Beatus Rhenanus in bibliotheca Iac. Zimmermanni decani Colmariensis, quem is ex Paterniaco transiurano coenobio adtulerat; hoc et inde probare potui, quod lectiones huius codicis passim recurrunt in editione principe Beati Rhenani, quae prodiit Basileae anno 1521. Est codex membranaceus, elegantissime scriptus saeculo undecimo, quo continentur novem opera Tertulliani, in his De praescriptione haereticorum; post quae sequitur ab alia manu

[1] De indole et mendis codicis Agobardini cfr. M. Klussmann, Curarum Tertullianearum particulae I et II, Halis Sax. 1881, p. 6—20.

conscripta 'Vita s. Symeonis monachi qui stetit super columnam' et narratio 'De Dario' rege Persarum. Post Rhenanum nemo hoc codice usus esse videtur; ego lectiones varias libri De praescriptione hoc anno 1905 ex eo contuli.

5. Primus opera Tertulliani *typis mandavit Beatus Rhenanus* Basileae 1521, duobus codicibus usus, altero Paterniacensi seu Seletstadiensi, altero Hirsaugiensi nunc deperdito; editionem repetivit iterum, multis corruptelis per coniecturam sublatis, anno 1528, tertium multo emendatius, Gorziensis codicis conlatione facta, anno 1539. Editionem Rhenani correxit et novem opusculis Tertulliani omissis supplevit *Gangneius*, Parisiis 1545. Anno 1550 Basileae nova operum Tertulliani prodiit editio *Sigismundi Gelenii*, viri hisce litteris adprime docti, qui ex codice, quem ex coenobio Masburensi Britanniae acceperat, duodecim scripta Tertullianea emendavit, in his librum De praescriptione haereticorum. Sequitur editio *Iacobi Pamelii*, Antverpiae 1579, et multo melior *Nicolai Rigaltii* altera, quae prodiit Parisiis 1634; hic primus excussit Agobardinum codicem totum eiusque ope mirum quantum opus coeptum iuvit atque provexit. *Migne* seriei latinae Patrologiae initium fecit ab Operibus Tertulliani (vol. I et II, Paris. 1844); *Fr. Oehler* maiorem editionem adparavit Lipsiae 1853—1854 (2 voll.) et minorem ibidem 1854. Oehleri editio maior optima omnium fuit usque ad annum 1890, quo primum volumen Operum Tertulliani in collectione Academiae Vindobonensis ediderunt Reifferscheid et Wissowa (Corpus script. eccles. lat., vol. XX, Vindobonae), quo continentur haec scripta: De spectaculis, Ad nationes I—II, De testimonio animae, Scorpiace, De oratione, De baptismo, De pudicitia, De ieiunio, De anima.

Versionem germanicam operum Tertulliani publicavit *H. Kellner*, Tertullians sämtliche Schriften, Coloniae Agrippinae 1882, 2 voll. Tertulliani vitam depinxit *Noeldechen*, Tertullian, Gothae 1890; quibus temporibus singula eius scripta orta sint, cfr. Noeldechen, Die Abfassungszeit der Schriften Tertullians, Lipsiae 1888 (Texte und Untersuchungen V 2).

§ 2. DE PRAESCRIPTIONE HAERETICORUM.

1. Librum De praescriptione haereticorum inter omnia Tertulliani opuscula longe praestantissimum esse omnes consentiunt; sed *quo tempore editus* esset, multa fuit controversia. Communis veterum catholicorum sententia fuit (ex. gr. Baronii et Tillemontii), eum librum inter haereseos septa crescere non potuisse scriptumque esse, antequam ab ecclesia catholica auctor recederet; atque hanc sententiam veram esse cum ex toto hoc libro tum ex ultimis eius verbis patet: 'De reliquo, si dei gratia adnuerit, etiam specialiter quibusdam (haereticis) respondebimus'; ex hisce enim verbis efficitur, opuscula contra singulos haereticos scripta, ex. gr. contra Marcionem Hermogenem Praxeam, librum De praescriptione secuta esse. Itaque quae Adversus Marcionem I 1 leguntur: 'Sed alius libellus hunc gradum sustinebit adversus haereticos etiam sine retractatu doctrinarum revincendos, quod hoc sint de praescriptione novitatis', non de libro scribendo, sed de vi et effectu libri iam scripti intellegenda sunt. Quae cum ita sint, liber De praescriptione anno circiter 200 editus videtur esse.

2. Maximum primaevae ecclesiae periculum inminebat ab haeresi *gnosticorum*. Qui cum multorum animos et eorum maxime, qui e scholis philosophorum venerant, a christiana religione eo abalienari cognovissent, quod christianos omnia fidei simplici tribuere putabant, toti in eo erant, ut doctrinam christianam tamquam simpliciorem rudibusque ingeniis accommodatam criminarentur et illud 'Quaerite et invenietis (Matth. 7, 7)' semper in ore habentes perfectam sapientiam adfectarent, quam partim philosophia profundiore, partim revelationibus secretis, partim traditionibus apostolorum, qui non omnia omnibus tradidissent, nanctos se esse adserebant. Atque ita multorum et ethnicorum et christianorum mentes ad se adlexerunt vel saltem sollicitaverunt.

3. Quare doctissimi ecclesiae viri id temporis nihil antiquius habuere, quam ut *gnosticorum fallaciam* impiaque

dogmata *detegerent* et impugnarent. Liber, quem s. Iustinus adversus Marcionem scripsit[1], deperiit; exstant autem s. Irenaei Adversus haereses libri quinque, s. Hippolyti Philosophumena, Tertulliani varia eiusdem argumenti opuscula. Ex hisce auctoribus alii, ut singula haereticorum commenta doctrinae christianae repugnare demonstrarent, elaboraverunt, alii, ut Irenaeus eumque secutus Tertullianus, diversam disputandi rationem inierunt, ut malum funditus exstirparent omnemque subterfugiendi viam haereticis praecluderent; hos enim nomen christianorum inmerito sibi vindicare demonstrarunt, propterea quod neque ex fontibus christianae veritatis sua dogmata haurirent, neque regulam christianae fidei i. e. traditionem ecclesiarum apostolicarum curarent, neque sacra scriptura tamquam sua iis uti fas esset.

Hanc disputandi viam prosperrimo eventu ingressus est Tertullianus in libro De praescriptione haereticorum, quo non solum veram christianae fidei regulam evolvit, verum etiam effrenatam haereticorum licentiam inlustravit, imaginem haeresis exprimens, qua clarior veriorque vix potest desiderari. *Praescriptio* a iuris consultis excusatio seu exceptio longa possessione fundata adpellari solebat; cfr. Digest. XLIV tit. 3 lex 3: *Longae possessiones praescriptionem tam in praediis quam in mancipiis locum habere manifestum est;* et Cod. Iust. VII tit. 33 lex 2: *Longi temporis praescriptio his, qui bona fide coeptam possessionem continuatam nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, solet patrocinari.* Eodem prorsus sensu vox a Tertulliano in hoc libello usurpatur, quo non haereticos, sed ecclesiam catholicam diuturna possessione veritatis frui haereticosque esse 'de praescriptione novitatis' (Adv. Marc. I 1) probare studet.

4. *Rem suam* Tertullianus ita *absolvit.* In longa praefatione (c. 1—14) exponit, quid et unde sint haereses (c. 1—7), quo sensu verba Christi 'Quaerite et invenietis', quae haeretici

[1] Iren., Adv. haer. IV 6.

obponebant, intellegenda sint (c. 8—12. 14), quae sit regula fidei, quam defendendam sibi proposuit (c. 13). Haeretici ad nullam de scripturis disputationem admittendi sunt (c. 15—18); illud enim quaerendum est, quibus apostoli doctrinam Christi sacrasque scripturas tradiderint (c. 19). Hae sunt ecclesiae apostolicae, quibuscum in fide consentire testimonium veritatis est (c. 20—21). Neque obici potest, apostolos aut non omnia scivisse aut suis non omnia tradidisse aut a suis discipulis parum intellectos esse (c. 22—27). Haereses Valentini Marcionis Hermogenis aliaeque multo post aetatem apostolorum ortae si ipsae veritatem vindicare possent, error utique ante eas regnavisset; sed principalitas veritatis et posteritas mendacii iam ex parabola de tritico et zizania patet; ex praescriptione igitur posteritatis et novitatis haereses damnantur ut adulterae (c. 28—36). Iam ex diversitate doctrinae, quae inter ecclesias catholicas haereticosque intercedit, hosce, cum heredes apostolicorum librorum non sint, ad cèrtamen de sacra scriptura ineundum admittendos non esse sequitur; accedit, quod eandem scripturam haeretici instinctu diaboli aut corruperunt aut perverse interpretati sunt (c. 37—40). Conversatio autem haereticorum, quae est doctrinae index, futilis est (c. 41—44). Denique auctor se etiam specialiter singulis haereticis responsurum esse promittit (c. 45).

5. Liber De praescriptione *compluribus codicibus* nobis traditus est, inprimis codice Agobardino (cfr. supra p. 2), praeter quos ad textum restituendum etiam vetustissimae editiones consulendae sunt. Separatim editus est nostra aetate ab *Hurter* (Ss. patrum opuscula selecta, vol. IX, ed. altera Oenip. 1880), qui Rigaltii textum omnino repetivit, a *Preuschen* (Friburgi 1892, Sammlung ausgewählter kirchen- und dogmengesch. Quellenschriften herausgegeben von G. Krüger I 3), qui Oehleri textum secutus, complura tamen ipse tentavit, a *Vizzini* (Romae, annus deest, Bibliotheca ss. patrum, series III vol. II), qui Preuscheni textum paene integrum expressit.

Pro hac mea editione duos vetustissimos codices, Ago-

bardinum saec. IX et Seletstadiensem saec. XI, *ipse* autumno huius anni 1905 *contuli*, priorem Parisiis, alterum Bonnae; tertius codex, Leidensis saec. XV, quem contulit Oehler, multo minoris pretii est. *Omnes* lectiones codicum Agobardini et Seletstadiensis, quas in textum meum non recepi, adnotavi, ut lectori eorum codicum integer adspectus subpeditaretur; at codicis Leidensis et vetustarum editionum gravissimas tantum lectiones, cum ceterae apud Oehlerum praesto sint, exscripsi. Lectiones editionis principis Beati Rhenani, Basileae 1521, et editionis Rigaltii, Parisiis 1634, non adnotavi, quia prior ubique fere secutus est codicem Seletstadiensem, alter codicem Agobardinum. Textus prout in codicibus Seletstadiensi et Leidensi exstat, aliquanto discrepat a textu Agobardini; sed hic passim illis praeferendus est; saeculo igitur decimo fere opera Tertulliani a viris doctis facilioris intellegentiae gratia recensa vel potius corrupta sunt.

DE PRAESCRIPTIONE HAERETICORUM.[a] [1]

I. *Haereses esse multumque valere mirum non est.*

Conditio praesentium temporum etiam hanc admonitionem provocat nostram, non oportere nos mirari super haereses[b] istas, sive quia sunt: futurae enim praenuntiabantur[2]; sive quia fidem quorundam subvertunt: ad hoc enim sunt, ut fides habendo temptationem haberet etiam probationem[3]. 2 Vane ergo et inconsiderate[c] plerique hoc ipso scandalizantur, quod tantum haereses valeant. Quantum, si non fuissent[4]? 3 Cum quid[d]

Signa: A = cod. Agobardinus saec. IX; L = cod. Leidensis saec. XV; S = cod. Seletstadiensis saec. XI; a = ed. Gagneius, Parisiis 1545; b = ed. Gelenius, Basileae 1550; c = ed. Pamelius, Antverpiae 1579, qui codice Vaticano et codice Io. Clementis usus est; o = ed. Oehler, Lipsiae 1854; pr = ed. Preuschen, Friburgae 1892.

[a] ita AS, *praescriptionibus* codices posteriores et edd. vetustae. [b] *haeresis* A, qui codex fluctuat inter lectiones haeresis et haereses. [c] *inconsiderato* A. [d] ita Ao, *quantum sint cum quod* S, *quantum si non fuissent quod* L, *quantum non valerent si non fuissent cum quod* ab, *quantum sint cum quid* c, *quantum valent quid si non fuissent cum quid* pr, *quantum si non fuissent* delet Heumann (Acta eruditorum, Lipsiae 1715, 299 ss.).

[1] Ita antiquissimi codices habent. Tertullianus ipse modo de praescriptione modo de praescriptionibus agit; sed, uti Adversus Marc. I 1 exponit et in libro De praescriptione satis innuit, una praescriptione novitatis adversus haereticos ceterae comprehenduntur. [2] Matth. 24, 11. 24. [3] 1 Cor. 11, 19. [4] i. e. Quantum valerent, si non essent? Haereses tantum valere non magis mirum est, quam eas exsistere; quaecumque enim sunt, *habent posse, et dum possunt habent esse* (c. 2).

sortitum est, ut[a] omnimodo sit, sicut[b] causam accipit, ob quam sit, sic[c] vim consequitur, per quam sit, ne esse non possit[1].

II. *Haereses ut febris detestandae et praecavendae potius quam mirandae sunt; 'apud eos tantum multum valent, qui in fide non valent'.*

Febrem denique[2] inter ceteros[d] mortiferos et cruciarios exitus erogando[3] homini[e] deputatam neque quia est miramur[f]: est enim; neque quia erogat[g] hominem: ad hoc enim est. 2 Proinde haereses ad languorem et interitum fidei productas, si expavescimus hoc posse[h], prius est, ut expavescamus hoc eas esse; quae dum sunt, habent posse, et dum possunt, habent esse. 3 Sed enim febrem ut malum et de causa et de potentia sua, ut notum est, abominamur potius quam miramur et, quantum in nobis est, praecavemus, non habentes abolitionem eius in nostra potestate. 4 Haereses vero mortem aeternam et maioris ignis ardorem inferentes malunt quidam mirari, quod hoc possint, quam devitare, ne possint[i], cum habeant devitandi potestatem. 5 Ceterum nihil valebunt[k], si illas tantum valere non mirentur. Aut enim, dum mirantur, in scandalum subministrantur[4]; aut quia scandalizantur, ideo mirantur, quasi, quod[l] tantum valeant, ex aliqua veniat veritate[m]. 6 Mirum scilicet, ut malum vires suas habeat;

[a] om. LS bc. [b] om. Ao. [c] haec Ao [d] om. A. [e] *aegrotando hominem* A. [f] *mirabimur* S. [g] *aegrotat* A. [h] ita Ao, *hoc eas posse* pr cum reliquis. [i] *quam devitare ne possint* om. A. [k] *valebit* A. [l] *quod quasi* A, *quod quam sed* L, *quod* S et ceteri. [m] ita A, *ex aliqua veniant veritate* L, *ex aliqua veritate veniant* ceteri.

[1] i. e. vim, per quam sit et non exsistere non possit. Sensus est: Esse et causam habere, haec duae res necessitatis vinculo inter se coniunctae sunt; ex causa autem sua unaquaeque res vim vel potentiam exsistendi sortitur. [2] Vox *denique* apud Tertullianum saepe idem significat, quod *ita* vel *ex. gr.* [3] occidendo. [4] aliis ansam scandalizandi subministrant.

nisi quod haereses apud eos multum valeant, qui in fide non valent[a]. 7 In pugna pugilum et gladiatorum plerumque non quia fortis est vincit quis, aut quia non potest vinci[b], sed quoniam ille, qui victus est, nullis viribus fuit; adeo idem ille victor[c], bene valenti postea comparatus, etiam superatus recedit. 8 Non aliter haereses de quorundam infirmitatibus habent quod valent, nihil valentes, si in bene valentem fidem incurrant.

III. *Si qui christiani retro probati postea a regula fidei deficiunt, hoc aliis ne sit scandalum, cum dominus in manu portet ventilabrum ad purgandam aream suam; 'ex fide probamus personas, non ex personis fidem'.*

Solent quidem isti miriones[d1] etiam de quibusdam personis ad haereses[e] captis aedificari in ruinam. 2 Quare illa vel ille fidelissimi et[f] prudentissimi et usitatissimi[g] in ecclesia in illam partem transierunt? 3 Quis hoc dicens non ipse sibi respondet[h], neque prudentes, neque fideles, neque usitatos aestimandos, quos haereses potuerint demutare? Et hoc mirum, opinor, ut probatus aliquis[i] retro, postea excidat[2]? 4 Saul bonus prae ceteris[k], livore[l] postea evertitur; David, vir bonus secundum cor domini, postea caedis et stupri reus est; Salomon[m], omni gratia et sapientia donatus a domino, ad idololatriam[n] a mulieribus inducitur. 5 Soli enim dei filio servabatur sine delicto permanere. Quid ergo? Si episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a[o] regula fuerit, ideo haereses veritatem videbuntur obtinere? 6 Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo est sapiens, nemo fidelis, nemo maior[3], nisi christianus; nemo

[a] *valet* S. [b] *quis . . . . vinci* om. A. [c] *victo* A. [d] *infirmiores* Ao. [e] ita A, *adhaeresi* L, *ab haeresi* cett. omnes. [f] om. abc pr. [g] *vetustissimi* ALS. [h] *respondit* S. [i] *aliqui* AL. [k] *ceteros* S. [l] *libore* A. [m] *Solomon* Ao. [n] *idolatriam* A passim. [o] *e?* A.

[1] admiratores. [2] a regula fidei seu a fide; cfr. c. 13. [3] in honore vel dignitate constitutus.

autem christianus[a], nisi qui ad finem usque perseveraverit[1]. 7 Tu, ut homo, extrinsecus unumquemque nosti; putas quod vides, vides autem[b] quousque oculos habes; *sed oculi,* inquit, *domini alti*[2]. — *Homo in faciem, deus in praecordia contemplatur*[3]. 8 Et ideo[c] *cognoscit dominus, qui sunt eius*[4], et *plantam, quam non plantavit, eradicat*[5]; et de primis novissimos ostendit[6], et ventilabrum in manu portat ad purgandam aream suam[7]. 9 Avolent quantum volunt paleae levis fidei quocunque adflatu temptationum, eo purior massa frumenti in horrea domini reponetur. 10 Nonne ab ipso domino quidam discentium[8] scandalizati deverterunt? Nec tamen propterea ceteri quoque discedendum a vestigiis eius putaverunt[9]. 11. Sed qui scierunt illum vitae esse verbum et a deo venisse, perseveraverunt in comitatu eius usque ad finem; cum illis[d], si vellent et ipsi[e] discedere, placide obtulisset. 12 Minus est si et apostolum[f] eius aliqui, Phygellus[g] et Hermogenes[h] et Philetus et Hymenaeus[10], reliquerunt; ipse traditor Christi de apostolis fuit. 13 Miramur de ecclesiis eius, si a quibusdam deseruntur, cum[11] ea nos ostendunt christianos, quae patimur ad exemplum ipsius Christi. 14 *Ex nobis,* inquit, *prodierunt, sed non fuerunt ex nobis: si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum*[12].

IV. *Quae dicit s. scriptura de pseudoprophetis pseudoapostolis antichristis, de haereticis intellegenda sunt.*

Quin potius memores simus tam dominicarum pronuntiationum, quam apostolicarum litterarum, quae nobis et futuras

[a] *nemo autem christ.* om. S. [b] *vides autem* om. A. [c] *contemplatur et ideo* addunt Ao. [d] *illi* S. [e] *ipsis* S. [f] *est etsi ap.* A. [g] *phygelus* A, *phyelus* L, *phielus* S. [h] *hermogenis* S.

[1] Matth. 10, 22. [2] 4 Esdr. 8, 20. [3] 1 Sam. 16, 7. [4] 2 Tim. 2, 19. [5] Matth. 15, 13. [6] Matth. 20, 16. [7] Matth. 3, 12. [8] discipulorum. [9] Joh. 6, 68. [10] 2 Tim. 1, 15; 2, 17. [11] cum adversativum. [12] 1 Joh. 2, 19.

haereses praenuntiaverunt[a] et fugiendas praefinierunt; et[b] sicut esse illas non expavescimus, ita et posse id, propter quod effugiendae[c] sunt, non miremur. 2 Instruit dominus, multos esse venturos sub pellibus[d] ovium rapaces lupos[1]. 3 Quaenam istae sunt[e] 'pelles ovium', nisi nominis christiani extrinsecus superficies? qui 'lupi rapaces', nisi sensus et spiritus subdoli, ad infestandum[f] gregem Christi[2] intrinsecus delitescentes? 4 Qui 'pseudoprophetae'[g][3] sunt, nisi falsi praedicatores? Qui 'pseudoapostoli'[4], nisi adulteri evangelizatores? Qui 'antichristi[5] interim et semper, nisi Christi rebelles? 5 Hoc erunt haereses non minus[h] doctrinarum perversitate ecclesiam lacessentes[i], quam tunc antichristus persecutionum atrocitate persequetur; nisi quod persecutio et martyras[k] facit, haeresis apostatas tantum. 6 Et ideo haereses quoque oportebat esse, ut probabiles quique manifestarentur[6], tam qui in persecutionibus steterint, quam qui ad haereses non exorbitaverint[l][7]. 7 Neque enim[m] eos probabiles[n] intellegi iubet[o], qui in haeresin[p] fidem demutantes[q] sicut ex diverso sibi interpretantur, quia dixerit[r] alibi: *Omnia examinate, quod bonum est, tenete*[8]; quasi non liceat omnibus male[s] examinatis, in electionem[t] alicuius mali impingere per errorem.

[a] ita etiam A. [b] ita Ao, *ut* pr cum ceteris. [c] ita Ao, *fugiendae* pr cum ceteris. [d] *pelle* A. [e] om. A. [f] *infestam dum* A. [g] *pseudopropheti* S. [h] *no . . . am* A, *nihilominus* L, *nunc tam* Kellner, *non minus* ceteri. [i] *lacessientes* A. [k] ita Ao. [l] *exorbitaverunt* S. [m] om. A. [n] *ita* Aco, *probatos* ceteri. [o] *iuvet* S, *iuvat* co. [p] ita ASo. [q] ita A, *demutatur* L, *demutant* cett. omnes. [r] *dixit* LSabc. [s] om. pr. [t] ita bcopr, *iniectione* La, *iniectionem* (sine *in*) S, in A evanuit.

[1] Matth. 7, 15. [2] Hunc locum exscripsit auctor libri ad Novatianum c. 14 (ed. Hartel p. 64): 'Praedixerat quidem et dominus multos esse venturos sub pellibus ovium rapaces lupos; qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensu subdolo conspirantes ad infestandum gregem Christi?' [3] 1 Joh. 4, 1. [4] 2 Cor. 11, 13. [5] 1 Joh. 2, 18. [6] 1 Cor. 11, 19. [7] defecerint. [8] 1 Thess. 5, 21.

V. *Haereses teste apostolo (1 Cor. 11, 18. 19) peiores sunt schismatis et dissensionibus.*

Porro si[a] dissensiones et schismata increpat, quae sine dubio mala sunt, et in continenti[1] haereses subiungit. 2 Quod malis adiungat, malum utique profitetur, et quidem maius, 3 cum ideo[b] credidisse se dicat de schismatibus et dissensionibus, quia sciret etiam haereses oportere esse[2], — ostendit enim gravioris mali conspectu[c] de levioribus se facile credidisse — certe non ut ideo de[d] malis crediderit, quia haereses bonae essent, sed uti de peioris quoque notae temptationibus praemoneret, non esse mirandum, quas diceret tendere ad probabiles quosque[e] manifestandos, scilicet quos non potuerint depravare. 4 Denique si totum capitulum ad unitatem[f] continendam et separationes coërcendas sapit[g], haereses vero non minus ab unitate divellunt, quam schismata et dissensiones: sine dubio[h] et haereses in ea conditione reprehensionis constituit, in qua et dissensiones. 5 Ac[i] per hoc non eos probabiles facit, qui in haereses diverterint, cum maxime diverti ab eiusmodi obiurgans et docens[k] unum omnes loqui et id[l] ipsum sapere[3], quod etiam haereses non sinunt.

[a] om. A. [b] *idem* LS. [c] *despectu* S. [d] om. A. [e] *quoque* A. [f] *veritatem* A. [g] *aptes* LS. [h] *sine dubio .... in qua et schismata et dissensiones* om. S. [i] *et* A. [k] ita LSabc, *obiurget edocens* opr (A ?); locutio 'cum maxime' eodem sensu ac 'quam maxime' saepissime a Tertulliano usurpatur, ex. gr. De bapt. 1, De spect. 1. 10, De monog. 10, Apol. 5, Adv. Hermog. 26. [l] om. ALSa.

[1] statim (*συνεχῶς*). [2] 1 Cor. 11, 18—19; hunc locum minus recte auctor ita interpretatur, quasi apostolus haereses a schismatis distinguat atque maius his malum esse fateatur. Corinthios de doctrina christiana inter se dissensisse apostolus eo loco non indicat. [3] 1 Cor. 1, 10.

VI. *Haereses ab electione nomen sortitae sunt, qua quis sive ad instituendas sive ad suscipiendas eas utitur et teste apostolo se ipse damnat.*

Nec diutius de isto, si idem est[a] Paulus, qui et alibi haereses inter carnalia crimina enumerat[b] scribens ad Galatas et qui Tito suggerit[1], hominem haereticum post primam correptionem recusandum, quod perversus sit eiusmodi et delinquat, ut a semetipso damnatus. 2 Sed et in omni paene epistula de adulterinis doctrinis fugiendis inculcans haereses taxat, quarum opera[c] sunt adulterae doctrinae: haereses dictae graeca voce ex interpretatione electionis, qua quis maxime[d] ad instituendas sive ad suscipiendas eas utitur[2]. 3 Ideo et sibi damnatum dixit haereticum[e], quia et in quo damnatur, sibi elegit. Nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere[f] licet, sed nec eligere, quod aliquis de arbitrio suo induxerit. 4 Apostolos domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus adsignaverunt. 5 Itaque etiamsi angelus de caelis aliter evangelizaret, anathema diceretur a nobis[3]. 6 Providerat iam tunc spiritus sanctus futurum in virgine quadam Philumene angelum seductionis, transfigurantem se in angelum lucis, cuius signis et praestigiis Apelles inductus[g] novam haeresin[h] induxit[4].

[a] *et* LS. [b] *numerat* A. [c] *opere* A. [d] ita A, *sive* ceteri. [e] *ad haereticum* A. [f] *inducere* pr cum s. Isidoro, Orig. VIII 3, qui haec verba Tertulliani exscripsit, sed is multis locis a textu tradito recessit. [g] *deductus* pr. [h] ita Ao passim.

[1] Gal. 5, 20; Tit. 3, 10—11. [2] Haeresis est electio; haereticus perversa dogmata eligendo ab ecclesia recedit; eapropter Tertullianus adulteras doctrinas opera i. e. fructus haeresis vocat. [3] Gal. 1, 8. [4] Haec virgo Philumene, de qua idem Tertullianus infra c. 30 agit, spiritu cuiusdam daemonis acta multa vaticinata est et Apellem, Marcionis gnostici discipulum, amore ita cepit, ut is ab

VII. '*Haereses a philosophia subornantur; nobis curiositate opus non est post Christum Iesum nec inquisitione post evangelium*'.

Hae sunt doctrinae hominum et daemoniorum, prurientibus auribus[1] natae de ingenio sapientiae saecularis, quam dominus stultitiam vocans, stulta mundi in[a] confusionem etiam philosophiae[b] ipsius elegit[2]. 2 Ea est enim materia sapientiae saecularis, temeraria interpres divinae naturae et dispositionis. Ipsae denique haereses a philosophia subornantur.

3 Inde aeones[c], et formae nescio quae infinitae[d] et trinitas[e] hominis apud Valentinum[3]; Platonicus fuerat. Inde Marcionis deus melior de tranquillitate[4]; a Stoicis venerat. 4 Et uti[f] anima interire dicatur, ab Epicureis observatur; et ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur; et ubi materia cum deo aequatur, Zenonis[5] disciplina est; et ubi aliquid de igneo deo allegatur[g], Heraclitus[h] intervenit[6]. 5 Eadem materia apud haereticos et philosophos volutatur[i], iidem[k] retractatus implicantur: unde malum et quare? et unde

[a] om. AS. [b] *philosophiam* A. [c] *aones* A. [d] om. S. [e] *et trin.* om. A. [f] *uti* LSabcpr. [g] *alligatur* S. [h] *Heracletus* Ao. [i] ita Ao, *eaedem materiae . . . volutantur* LSabcpr. [k] *idem* ASo.

oculis sanctissimi magistri Alexandriam' secederet. De Philumena cfr. etiam Eus., H. e. V 13, 2; Hieron., In epist. ad Gal. 1, 8 (Migne P. l. 26, 320) et Ep. 132, 4; August., De haer. c. 23. [1] 2 Tim. 4, 3. [2] 1 Cor. 1, 27. [3] Valentinus homines pneumaticos psychicos hylicos distinxit. [4] Alter deus, quem Marcion ante adventum Christi hominibus incognitum fuisse finxit, melior hic adpellatur propter tranquillitatem; etiam Hieronymus 'bonum deum et otiosum' Marcionis commemorat (In Amos 3, 9—10). [5] Zeno, Citii in insula Cypro natus circa annum 308 ante Chr. sectam pantheisticam Stoicorum condidit. [6] Heraclitus, philosophus Ephesius, circa annum 500 ante Chr. omnia ex igne aetherio orta semper fluere et in eundem ignem redire docuit.

homo, et quomodo? et, quod proxime Valentinus[a] proposuit: unde deus? scilicet de 'enthymesi'[b1] et 'ectromate'[c2].

6 Miserum[d] Aristotelem[e], qui illis dialecticam instituit, artificem struendi et destruendi, versipellem[3] in sententiis, coactam in coniecturis, duram in argumentis, operariam contentionem[f], molestam etiam sibi ipsam[g], omnia retractantem[h], ne quid omnino tractaverit[i].

7 Hinc illae fabulae et genealogiae indeterminabiles[k], et quaestiones infructuosae[4], et sermones serpentes velut cancer[5], a quibus nos apostolus refrenans nominatim philosophiam[l] contestatur caveri oportere, scribens ad Colossenses[6]: *Videte ne quis*[m] *sit circumveniens vos per philosophiam et inanem seductionem, secundum traditionem hominum,* praeter providentiam spiritus sancti. 8 Fuerat Athenis et istam sapientiam humanam, adfectatricem et interpolatricem veritatis de congressibus noverat ipsam quoque in suas[n] haereses multipartitam[o] varietate[p] sectarum invicem repugnantium.

9 Quid ergo Athenis et Hierosolymis? quid academiae et ecclesiae? quid haereticis et christianis? 10 Nostra institutio

[a] *Valentinianus* AS. [b] *enthymesin* A. [c] *tectomarte* A, *tectromate* LS. [d] ita Abo, *inserunt* Lac et Vaticanus, seī S. [e] *Aristotelen* A. [f] *contentione* LSa. [g] ita AS, *ipsum* L, *ipsi* abcopr. [h] *tractantem* LS. [i] *tractaverint* A. [k] *interminabiles* Ao, sed cfr. infra c. 33 et Adv. Prax. 3. [l] *et inanem seductionem* addunt LSabc. [m] *qui* A. [n] om. A. [o] *multipartitas* ALS. [p] *varietatis* S.

[1] Ἐνθύμησις (i. e. desiderium vel cogitatio) a Valentinianis partus inmaturus adpellabatur, editus ex desiderio male concepto Sophiae aeonis; cfr. Iren., Adv. haer. I 2, 4. [2] 'Valentinus (fingit) triginta αἰῶνας et extremum Christum, quem adpellat ἔκτρωμα i. e. abortivum'; ita Hieron., In Amos 3, 9—10. Irenaeus loquitur (Adv. haer. I 8, 2) de Achamoth, cui salvator adparuerit 'extra pleroma exsistenti in abortionis partu' (ἐν ἐκτρώματος μοίρᾳ). [3] versutum. [4] 1 Tim. 1, 4, quem locum de haereticis aeonum genealogias fabricantibus interpretatur auctor. [5] 2 Tim. 2, 17. [6] Col. 2, 8.

de porticu Salomonis est[1], qui et ipse tradiderat dominum in simplicitate cordis esse quaerendum[2]. 11 Viderint qui Stoicum et Platonicum et dialecticum[a] christianismum protulerunt. 12 Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum nec inquisitione post evangelium. 13 Cum credimus, nihil desideramus ultra credere[3]. Hoc enim prius[4] credimus, non esse quod ultra credere debeamus[b].

VIII. *Verba Christi: 'Quaerite et invenietis, petite et accipietis', non ad nos, sed ad Iudaeos pertinent.*

Venio itaque ad illum articulum, quem et nostri praetendunt ad incundam curiositatem, et haeretici inculcant ad importandam scrupulositatem[c]. 2 Scriptum est, inquiunt, *quaerite et invenietis*[5]. 3 Quando hanc vocem dominus emisit, recordemur: puto in primitiis ipsis doctrinae suae, cum adhuc dubitaretur apud omnes, an Christus esset; et[d] cum adhuc nec Petrus illum dei filium pronuntiasset, cum etiam Johannes[e] de illo certus esse desisset[f][6]. 4 Merito ergo tunc dictum est[g] *quaerite et invenietis*, quando quaerendus adhuc erat, quia[h] adhuc agnitus non erat[i]; et hoc quantum ad Iudaeos. 5 Ad illos enim pertinet totus sermo suggillationis istius, qui habebant, ubi quaererent Christum. 6 *Habent*, inquit, *Moysen*[k] *et Eliam*[l][7], id est legem

[a] *et Plat. et dial.* om. A. [b] *debemus* LSA. [c] ita A, *curiositatem* LSabc. [d] om. A. [e] ita A. [f] ita AS. [g] *merito . . . dictum est* om. LS. [h] ita A, *qui* abcopr. [i] *quia erat* om. LS. [k] *mosen* A. [l] ita A.

[1] Apostoli aliquando docuerunt in porticu Salomonis (Act. 5, 12); hunc Tertullianus obponit porticui (στοά) Stoicorum, quae erat Athenis. [2] Sap. 1, 1. [3] Eodem fere tempore de valore philosophiae prorsus aliter sensit Clemens Alexandrinus (ex. gr. Strom. I 9, 43 et VII 10, 57). [4] i. e. antequam fidem christianam amplexi sumus. [5] Matth. 7, 7. [6] Matth. 11, 2, quem locum idem Tertullianus De bapt. c. 10 ita interpretatur, ut Iohannes iam incertus de Christo discipulos ad eum miserit sciscitatum, quis esset. [7] Luc. 16, 29: 'habent Moysen et prophetas'.

et prophetas Christum praedicantes; secundum quod et alibi aperte: *Scrutamini*[a] *scripturas, in quibus salutem speratis, illae enim de me locuntur*[b][1]. 7 Hoc[c] erit *quaerite et invenietis.* Nam et sequentia in Iudaeos competere manifestum est, *pulsate et aperietur vobis*[2]. 8 Iudaei retro penes deum fuerant, dehinc eiecti ob delicta extra deum esse coeperunt. 9 Nationes vero numquam[d] penes deum, nisi *stillicidium de situla* et *pulvis ex area*[3] et foris semper. 10 Qui[e] foris semper, quomodo pulsabit eo, ubi numquam fuit? quam ianuam novit, in quam[f] nec receptus, nec eiectus aliquando? an qui scit se intus fuisse et foras[g] actum, is potius pulsabit[h], et ostium novit?

11 Etiam *petite et accipietis* ei competit, qui sciebat[i] a quo esset petendum, a quo erat[k] aliquid repromissum: a deo scilicet Abraham, Isaac et Iacob, quem nationes magis non[l] noverant quam ullam repromissionem eius. 12 Et ideo[m] ad Israel loquebatur: *Non sum*, inquit, *missus, nisi ad oves perditas domus Israel*[n][4]. 13 Nondum canibus iactabat[o] panem filiorum, nondum in viam[p] nationum[q] ire mandabat[r]. 14 Si quidem in fine praecipit, vaderent[s] ad docendas et tinguendas nationes, consecuturi mox spiritum sanctum paracletum[t], qui illos deducturus esset in omnem veritatem, et hoc ergo illo facit[u][5]. 15 Quodsi nationibus destinati doctores apostoli ipsi

a *inquit* add. abcpr. b ita AS. c *hic* S. d ita AS. e ita A, *itaque* LS, *itaque qui* abcpr, *ita qui* o. f *qua* LSabcopr. g *foris* S. h *pulsavit* A. i *scibat A.* k ita LS, *et erat* abcopr; *et* in A defuisse videtur. l ita A, *non magis* ceteri. m *adeo* A. n ita Ao, *Israelis* ceteri. o *iactarat* Ao. p *via* A. q *gentium vel nationum* Sab. r *remandabat* (sine *ire*) A. s ita Ao, *praecepit ut vaderent* ceteri. t *paraclitum* A. u ita ALo, *illos facit* S, *erga illos facit* abc, *ergo illo fecit* pr.

1 Joh. 5, 39. 2 Matth. 7, 7. 3 Jes. 40, 15. 4 Matth. 15, 24. 5 Sensus est: Id, ut paracletum illis mitteret, illo (i. e. eo, eum ad finem) fecit, ut ad gentes vaderent. Minus bene mihi videntur Preuschen vocem 'illo' pro 'per illum' positam interpretari et Kellner ita vertere: 'Und das tut er also dort'.

quoque doctorem consecuturi erant paracletum, multo magis vacabat[a] erga nos[1] *quaerite et invenietis*, quibus ultro erat obventura doctrina per apostolos, et ipsis apostolis per spiritum sanctum. 16 Omnia quidem domini dicta[b] omnibus posita sunt, per[c] aures Iudaeorum ad nos transierunt; sed pleraque in personas[d 2] directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum.

IX. *Si 'quaerite et invenietis' omnibus dictum est, id solum quaerendum est, quod a Christo institutum est, et nihil ultra.*

Cedo[e] nunc sponte de gradu isto; omnibus dictum sit: *Quaerite et invenietis;* tamen et hic expetit sensus certare cum interpretationis gubernaculo[3]. 2 Nulla vox divina ita dissoluta est et diffusa, ut verba tantum defendantur, et ratio verborum non constituatur.

3 Sed inprimis hoc propono: unum itaque[f] et certum aliquid institutum esse a Christo, quod credere omnimodo debeant nationes, et idcirco quaerere, ut possint, cum invenerint, credere. 4 Unius porro et certi instituti infinita inquisitio esse non potest[g]; quaerendum est donec invenias, et credendum ubi inveneris, et nihil amplius, nisi custodiendum, quod credidisti; dum hoc[h] insuper credis[i], aliud[k] non esse credendum, ideoque nec requirendum, cum id[l] inveneris et credideris, quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod instituit. 5 De hoc quidem si quis[m] dubitat, constabit penes nos[4] esse[n] id, quod a Christo institutum[o] est. 6 Interim ex fiducia pro-

[a] *vacabit* pr. [b] *dicta domini* LSabc. [c] *quae per* abcpr. [d] *persona* A. [e] *credo* A. [f] *utique* bc van der Vliet. [g] ita A, *non potest esse* ceteri. [h] om. LS. [i] *credas* o; in A evanuit. [k] *alium* S. [l] om. A. [m] *qui* A. [n] *penes nos esse* om. A. [o] *a christianis institutis* A.

[1] ad nos non pertinebat. [2] sc. singulas. [3] i. e. Et hic sensus accipiendus est non sine disciplina rationis (cfr. finem capitis). Verbum 'certare' hoc loco non idem est ac 'pugnare', sed 'aequare' seu 'pariter ire'. [4] apud catholicos.

bationis praevenio[a] admonens quosdam, nihil esse quaerendum ultra quod[b] crediderunt id esse, quod quaerere debuerunt[1], ne[c] *quaerite et invenietis* sine disciplina rationis interpretentur.

X. *Quaerendum est, donec inveniamus, id est, credamus; si etiam omnia haereticorum dogmata quaerenda essent, numquam adprehenderemus, quod Christus instituit, quod credi necesse est.*

Ratio autem dicti huius in tribus articulis constitit[2]: in re, in tempore, in modo. In re, ut quid sit quaerendum consideres; in tempore, ut quando; in modo, ut quousque. 2 Igitur quaerendum est, quod Christus instituit, utique quamdiu non invenis[d], utique donec invenias. Invenisti autem cum credidisti. 3 Nam non credidisses, si non invenisses; sicut nec quaesisses, nisi ut invenires. 4 Ad hoc ergo quaerens[e], ut invenias, et ad hoc inveniens[f] ut credas, omnem prolationem[3] quaerendi et inveniendi credendo fixisti; 5 hunc tibi modum[g] statuit fructus ipse quaerendi. Hanc tibi fossam[h] determinavit ipse, qui te non vult aliud credere, quam quod instituit, ideoque nec quaerere.

6 Ceterum si quia et alia[i] tanta ab aliis sunt instituta, propterea in tantum quaerere debemus, in quantum possumus invenire, semper credemus[k], et numquam omnino credimus[l]. 7 Ubi enim erit finis quaerendi? ubi statio[4] credendi? ubi

[a] *praevento* LS. [b] *quae* Ao. [c] om. ALSa. [d] *utique . . . invenis* om. LSpr. [e] ita Ao, *quaeris* ceteri. [f] ita Ao, *invenies* LS, *invenis* abcpr. [g] *credendo . . . modum* om. ALSa. [h] *forsan* A. [i] *si quae talia* LSa. [k] *cre . . . mus* A, *quaerimus* O, *quaeremus* ceteri. [l] ita Ao, *credemus* ceteri.

[1] i. e. ultra id quod quaerendum esse crediderunt. [2] Illud 'quaerite et invenietis' rationaliter interpretandum est; ratio autem eius dicti ex tribus partibus pensanda est; considerare enim oportet, quid, quo tempore, quousque quaerendum sit. [3] i. e. omne tempus. [4] Verba *figere, fossam determinare, statio* a re castrensi deprompta sunt.

expunctio inveniendi? Apud Marcionem? sed et Valentinus proponit: *quaerite et invenietis.* 8 Apud Valentinum? sed et Apelles hac me pronuntiatione pulsavit[a], et Hebion[1], et Simon, et omnes ordine[b] non habent aliud, quo se mihi[c] insinuantes me sibi adducant[d]. 9 Erit itaque[e] nusquam[2], dum ubique convenio[3] *quaerite et invenietis,* et velut si nusquam[f4], quasi[g] qui numquam adprehenderim illud, quod Christus instituit, quod quaeri oportet, quod credi necesse est[h5].

XI. '*Nemo quaerit, nisi qui aut non habuit aut perdidit*'.

Inpune erratur, nisi delinquatur, quamvis et[i] errare delinquere est; inpune, inquam, vagatur, qui nihil deserit. 2 At enim si quod[k] debui credere credidi, et aliud denuo puto requirendum, spero utique aliud esse inveniendum, nullo modo speraturus istud, nisi quia aut non credideram, qui videbar credidisse, aut desii credidisse. 3 Ita fidem meam deserens, negator invenior. Semel dixerim: nemo quaerit, nisi qui aut non habuit aut perdidit. 4 Perdiderat unam ex decem drachmis[l] anus illa, et ideo quaerebat; ubi tamen invenit, quaerere desiit[6]. 5 Panem vicinus non habebat, et ideo pulsabat: ubi tamen apertum est ei et accepit, pulsare cessavit[7]. 6 Vidua a

[a] ita ALSA, *pulsabit* bcopr. [b] ita A, *ex ordine* ceteri. [c] *mi* A. [d] ita Sabc, *abducant* L, *addicant* opr; in A evanuit. [e] *eritaque* A, *et erit itaque* LS, *et ero itaque* a, *ero itaque* bcopr. [f] ita opr, *et velim si numquam* A, *et velim sic nusquam* Lb, *et velint sic nusquam* Sa. [g] *et quasi* pr. [h] *quod credi necesse est quod quaeri oportet* Sa. [i] om. LSabc. [k] *quod si* S. [l] ita Ao, *dragonis* L, *didrachmis* ceteri.

[1] Hunc Tert. inmerito auctorem Ebionitarum esse censet. [2] finis quaerendi; cfr. § 7: Ubi enim erit finis quaerendi? [3] invenio. [4] supple: adprehenderim. [5] Si omnes, quicumque Christi doctrinam se habere profitentur, mihi audiendi erunt, quaerendi finem numquam faciam et nullius vel nusquam ero. [6] Luc. 15, 8. [7] Luc. 11, 5—8.

iudice petebat audiri, quia non admittebatur; sed ubi audita est, hactenus[1] institit[2]. 7 Adeo finis est et quaerendi et pulsandi et petendi. *Petenti enim dabitur*, inquit, *et pulsanti aperietur, et quaerenti invenietur*[3]. 8 Viderit[4] qui quaerit semper, quia non inveniet[a]; illic enim[b] quaerit, ubi non invenietur. 9 Viderit qui semper pulsat, quia numquam aperietur; illuc enim pulsat, ubi nemo est. 10 Viderit qui semper petit, quia numquam audietur[c]; ab eo enim petit, qui non audit.

XII. '*Quaeramus ergo in nostro et a nostris et de nostro*', *non ab extraneis et adversariis haereticis.*

Nobis etsi[a] quaerendum est adhuc et semper, ubi tamen quaeri oportet? apud haereticos, ubi omnia extranea et adversaria nostrae veritati[d], ad quos vetamur accedere? 2 Quis[e] servus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui sperat? Quis miles ab infoederatis, ne dicam ab hostibus regibus donativum et stipendium captat, nisi plane desertor et transfuga et rebellis? 3 Etiam anus illa intra tectum suum drachmam requirebat; etiam pulsator ille vicini ianuam tundebat; etiam vidua illa non inimicum, licet durum iudicem interpellabat. 4 Nemo inde instrui[f] potest, unde destruitur; nemo ab eo inluminatur, a quo contenebratur. 5 Quaeramus ergo in nostro et a nostris et de nostro: idque[g] dumtaxat, quod salva regula fidei[h] potest in quaestionem devenire.

[a] ita van der Vliet propter sequentia, *invenit* ceteri. [b] in A defuisse videtur. [c] *auditur* LSa. [d] *veritatis* A. [e] *qui* A. [f] *vi destrui* L, *inde strui* Sabc. [g] ita oprcum Beato Rhenano, *in quo* AL, *inque* S. [h] verba *quod salva regula fidei* in A evanuerunt.

[1] non amplius. [2] Luc. 18, 2—5. [3] Luc. 11, 9. [4] Haec formula Tertulliano solemnis est, ubi quid improbat aut missum facit.

XIII. *Regula fidei proponitur, 'ut iam hinc, quid defendamus, profiteamur'.*

Regula est autem fidei[1], ut iam hinc, quid defendamus, profiteamur, illa[a] scilicet, qua creditur:

2 unum omnino deum esse nec alium praeter mundi conditorem[b], qui universa de nihilo produxerit per verbum suum primo omnium emissum[c]; 3 id verbum filium[d] eius adpellatum, in nomine dei varie visum patriarchis[e], in prophetis semper auditum, postremo delatum ex spiritu patris dei et virtute in virginem Mariam, carnem factum in[f] utero eius et ex ea natum egisse[g][2] Iesum Christum; 4 exinde praedicasse novam legem et novam promissionem regni caelorum, virtutes fecisse, cruci fixum[h], tertia die resurrexisse; in caelos ereptum sedisse ad dexteram patris; 5 misisse vicariam vim spiritus sancti, qui credentes agat; venturum cum claritate ad sumendos sanctos in vitae aeternae et promissorum caelestium fructum, et ad profanos iudicandos igni perpetuo, facta utriusque partis[3] resuscitatione cum carnis restitutione.

[a] *illac* A. [b] *creatorem et conditorem* S. [c] *demissum* Ao. [d] *filius* Sab. [e] ita Ao, *patriarchis* ceteri. [f] *et in* A. [g] ita ALSa, *hominem et esse* bc, *exisse* o cum Fulvio Ursino, *esse* pr. [h] ita Ao, *fixum cruci* ceteri.

[1] Regula fidei, quae nusquam a Tertulliano symbolum dicta est (etsi Adv. Marc. V 1 vox 'symbolum' occurrit), etiam De virg. vel. 1 et Adv. Prax. 2 legitur; omnibus hisce locis desunt, ut in vetere symbolo Romano, descensus ad inferos et sanctorum communio; etiam sancta ecclesia et remissio peccatorum, quae in symbolo Romano commemorantur, apud Tertullianum desiderantur. De praescr. 36 Africanos symbolum ab ecclesia Romana mutuatos esse Tert. testis est. Similem symboli formam ac Tert. profert s. Irenaeus, Adv. haer. III 4, 2. Nomen symboli regulae fidei primum datum est a s. Cypriano (Ep. 69, 7; Hartel II 756) et Origene (Ep. ad Rom., lib. VII c. 19; Migne P. gr. 14, 1154). [2] Agere aliquem saepe significat: personam alicuius induere seu partes agere. [3] et electorum et reproborum.

6 Haec regula a Christo, ut probabitur, instituta[1] nullas habet apud nos quaestiones, nisi quas haereses inferunt, et quae haereticos faciunt.

XIV. *'Manente forma regulae in suo ordine quantumlibet quaeras; adversus regulam nihil scire omnia scire est; fides tua te salvum fecit, non exercitatio scripturarum'.*

Ceterum manente forma eius[2] in suo ordine quantumlibet quaeras et tractes, et omnem libidinem curiositatis effundas, si quid tibi videtur vel ambiguitate pendere vel obscuritate[a] obumbrari. 2 Est utique frater aliquis[b] doctor gratia scientiae donatus; est aliquis[b] inter exercitatos conversatus, aliquid tecum curiosius tamen quaerens[c]; novissime[3] ignorare melius est[d], ne quod non debeas noris[4], quia[e] quod debeas nosti[f]. 3 *Fides*, inquit, *tua te salvum fecit*[5], non exercitatio scripturarum. 4 Fides in regula posita est, habet legem et salutem de observatione legis; exercitatio autem in curiositate consistit, habens gloriam solam de peritiae studio. 5 Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti; certe aut non obstrepant aut quiescant[6]; adversus regulam nihil scire omnia scire est.

6 Ut[7] non inimici essent veritatis haeretici, ut de refugiendis eis non praemoneremur, quale est conferre cum hominibus, qui et ipsi adhuc se quaerere profiteantur[g]? 7 Si enim adhuc vere[h] quaerunt, nihil adhuc certi[i] reppererunt[k]; et ideo quae-

[a] *pendere vel obsc.* om. A. [b] *aliqui* A. [c] ita Sa, *aliqui tecum curios .... quaerens* A, *aliquis tecum curiosius tamen quaerens* L, *aliquis tecum curiosus tecum tamen quaerens* opr. [d] *ignorare te melius sciet* o. [e] *quam* pr. [f] *non nosti* pr, *quia .... nosti* om. LS. [g] *confitentur* LSabc. [h] *vere adhuc* S. [i] *certe* A. [k] *reprehenderunt* S.

[1] Regulam fidei a Christo, non ab apostolis, institutam esse prodit Tertullianus. [2] regulae. [3] postremo. [4] ne scire studeas, quae non debes. [5] Luc. 18, 42. [6] Curiositas et gloria ne obsistant saltem fidei salutive aut quiescant. [7] ut concessivum.

cumque[a] videntur interim tenere, dubitationem suam ostendunt, quamdiu quaerunt. 8 Itaque tu, qui perinde[b1] quaeris, spectans[c] ad eos qui et ipsi quaerunt, dubius ad dubios[d], incertus ad incertos[e], caecus a caecis in foveam deducaris necesse est.

9 Sed cum decipiendi gratia praetendant se adhuc quaerere, ut nobis per sollicitudinis iniectionem tractatus suos insinuent, denique ubi adierunt[f] ad nos, statim, quae[g] dicebant quaerenda esse, defendunt[h], iam illos sic debemus refutare[i], ut sciant nos non Christo, sed sibi negatores esse. 10 Cum enim quaerunt adhuc, nondum tenent; cum autem non tenent, nondum crediderunt [cum autem nondum crediderunt][k], non sunt christiani. 11 At cum tenent quidem et credunt, quaerendum tamen dicunt, ut defendant. 12 Antequam defendant, negant, quod confitentur[l] se nondum credidisse, dum quaerunt. 13 Qui ergo nec sibi sunt christiani, quanto magis nobis? qui per fallaciam veniunt, qualem fidem disputant? cui veritati patrocinantur, qui eam a mendacio inducunt[2]? 14 Sed ipsi de[3] scripturis agunt, et de[3] scripturis suadent. Aliunde scilicet loqui possent[m] de rebus fidei, nisi ex litteris fidei?

XV. *Propositum est, admittendos non esse haereticos 'ad ullam de scripturis disputationem', quia 'dispici debet, cui competat possessio scripturarum'.*

Venimus igitur ad propositum: huc[n] enim dirigebamus, et hoc praestruebamus[o] adlocutionis praefatione[p][4], ut iam hinc de

a *quodcumque* LSabc. b *proinde* LSabc. c *spectas* Sa. d *a dubiis* pr. e *ab incertis* pr. f *audierint* A. g *que* ALS. h ita LSabcpr, *defend*... A, *defendant* o. i *reputare* A. k haec verba addunt abcopr. l ita Ao, *quod credunt confitentes* LSabcpr. m ita Ao, *aliunde sed possent* L, *aliunde scilicet suadere non possent* Sabc, *loqui non possunt* pr. n *hoc* ALSo. o *praestruebamur* A, *praestamus* (om. *hoc*) LSa. p *praefationem* LSabc.

1 aeque. 2 Mendacio utuntur ad veritatem insinuandam. 3 ex. 4 c. 1—14.

eo congrediamur, de quo adversarii provocant. 2 Scripturas obtendunt, et hac sua audacia statim quosdam movent; in ipso vero congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. 3 Hunc igitur potissimum gradum obstruimus[1] non admittendi[a] eos ad ullam[b] de scripturis disputationem. 4 Si hae sunt illae vires eorum, uti[c][2] eas habere possint, dispici debet, cui[d] competat possessio scripturarum, ne is admittatur[e] ad eas[f], cui nullo modo competit.

XVI. *Apostolus prohibuit, 'haereticum post unam correptionem convenire, non post disputationem'.*

Hoc de consilio diffidentiae aut de studio aliter ineundae constitutionis[3] induxerim, nisi ratio constiterit, in primis illa, quod fides nostra obsequium apostolo debeat prohibenti quaestiones inire, novis vocibus aures accommodare, haereticum post unam correptionem convenire, non post disputationem. 2 Adeo interdixit disputationem, correptionem designans causam[g] haeretici conveniendi, et hoc unam[4], scilicet quia non est christianus, ne more christiani semel et iterum, et sub duobus aut[h] tribus testibus castigandus[5] videretur, cum ob hoc sit castigandus, propter quod non sit cum illo disputandum; 3 dehinc[i] quoniam

[a] ita etiam A. [b] *illam* LSa. [c] *uti ne* Sa. [d] *cum nullo modo* A. [e] *de his admitt*... (pro: *ne is adm.*) A. [f] *eandem* Sa, *eadem* L. [g] *causa* LSa. [h] *et* A. [i] ita Ao, *dein* S, *deinde* ceteri.

[1] Eadem locutione Tert. usus est Apol. 27. [2] ut concessivum. [3] Sensus est: Ne quis me certamen de scripturis subterfugere arbitretur, quasi aut victoriae diffidam aut cum adversariis alio modo certare malim. De constitutione, quae etiam status a rhetoribus adpellatur, cfr. Ciceronem, De inventione I 8, 10: 'Eam igitur quaestionem, ex qua causa nascitur, constitutionem adpellamus'. Varias formas constitutionis distinguit Cicero, Ad Herennium I 11. [4] Revera apostolus ad Titum 3, 10 ita scribit: 'Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita'. [5] Matth. 18, 16.

nihil proficiat congressio scripturarum, nisi plane ut aut stomachi quis[a] ineat eversionem[b], aut cerebri[c] [1].

XVII. *Haeretici alias scripturas non recipiunt, alias mutilant aut depravant, alias falso interpretantur; disputando igitur de scripturis cum iis nihil proficimus.*

Ista haeresis non recipit quasdam scripturas; et si quas recipit, et[d] adiectionibus et detractionibus ad dispositionem instituti sui intervertit; [et si recipit, non recipit integras[e],][f] et si aliquatenus integras praestat, nihilominus diversas expositiones commentata convertit. 2 Tantum veritati obstrepit adulter sensus[2], quantum et corruptor stilus; vanae[g] praesumptiones[3] necessario nolunt[h] agnoscere ea, per quae revincuntur. 3 His nituntur, quae ex falso composuerunt et quae de ambiguitate ceperunt[i] [4]. 4 Quid promovebis, exercitatissime scripturarum, cum si quid defenderis, negetur, ex diverso, si quid negaveris, defendatur? 5 Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione[k]; nihil consequeris, nisi bilem de blasphematione[l].

XVIII. *'Ille vero, cuius causa in congressum descendis scripturarum, de altercatione incertior discedet'.*

Ille vero, si quis est, cuius causa in congressum descendis[m] scripturarum, ut eum dubitantem confirmes, ad veritatem an magis ad haereses deverget? 2 Hoc ipso motus[n], quod te videat nihil promovisse, aequo gradu negandi et defendendi

[a] *ut stomachi qua* Ao. [b] *versionem* LSa. [c] *crebri* A, *celebri* L. [d] om. LSabcpr. [e] om. A. [f] haec verba ut spuria recte eiecit pr. [g] ita Fr. Iunius, *variae* ALSabc. [h] *volunt* AS. [i] *de ea ambiguitate coeperunt* A. [k] *contentionem* S. [l] *vilem de blasphematione laudem* S. [m] *in congressu dissides* A. [n] motu A.

[1] Cfr. c. 17 fin. [2] perversa interpretatio. [3] haeretici falsa et vana fingentes. [4] propter sensus ambiguitatem delegerunt.

adversa[a] parte[1], statu certe pari[b], altercatione[c] incertior discedet nesciens, quam haeresin[d] iudicet. 3 Haec[2] utique et ipsi habent in nos retorquere; necesse est enim et illos dicere a[e] nobis potius adulteria[3] scripturarum et expositionum[f] mendacia inferri, qui proinde[4] sibi defendant veritatem.

XIX. *'Illud prius proponendum et nunc solum disputandum est, quibus competat fides ipsa, cuius sint scripturae, quibus sit tradita disciplina' christianorum.*

Ergo non ad scripturas provocandum est, nec in his constituendum certamen, in[g] quibus aut nulla aut incerta victoria est aut parum certa[h]. 2 Nam etsi non ita evaderet conlatio scripturarum, ut utramque partem parem sisteret, ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est: quibus competat fides ipsa, cuius sint[i] scripturae, a quo, et per quos, et quando, et quibus sit tradita disciplina[5], qua fiunt christiani. 3 Ubi enim adparuerit esse veritatem disciplinae et fidei christianae, illic erit veritas[k] scripturarum et expositionum et omnium traditionum christianorum[l].

XX. *Tot et tantae ecclesiae catholicae ut 'suboles apostolicarum ecclesiarum' omnes sunt 'una illa ab apostolis prima et sic omnes primae et omnes apostolicae'.*

Christus Iesus, dominus noster, permittat dicere interim, quisquis est, cuiuscumque dei filius, cuiuscumque materiae homo et deus, cuiuscumque fidei praeceptor, cuiuscumque mercedis

[a] *diversa* LSabcpr. [b] *statutum certe et pari* LSa. [c] *de altercatione* pr. [d] ita ASo. [e] om. S. [f] *eorum* add. Sa, *earum* L. [g] om. LSa. [h] *incerta* AS. [i] *sunt* ALS. [k] *et veritas* pr. [l] ita LSab, in A evanuit.

[1] Cfr. c. 22: Locum interim demus diversae parti. [2] ut dicant nos scripturas corrupisse. [3] adulterationes, fictiones; cfr. De cultu fem. I 8: de adulterio colorum iniustorum; Apol. 47: adulteri salutaris disciplinae. [4] pari modo. [5] doctrina.

repromissor[a], 2 quid esset, quid fuisset, quam patris voluntatem administraret, quid homini agendum determinaret, quamdiu[b] in terris agebat, ipse pronuntiabat sive[c] populo palam, sive discentibus seorsum, ex quibus duodecim praecipuos lateri suo adlegerat destinatos nationibus magistros. 3 Itaque uno eorum decusso, reliquos undecim digrediens[d] ad patrem post resurrectionem iussit ire et docere nationes intinguendas[e] in patrem et filium[f] et spiritum[g] sanctum[1]. 4 Statim igitur apostoli (quos haec adpellatio 'missos' interpretatur) adsumpto per sortem duodecimo Mathia in locum Iudae ex auctoritate prophetiae, quae[h] est in psalmo David[2], consecuti promissam[i] vim spiritus sancti ad virtutes et eloquium, primo per Iudaeam contestata fide in Iesum Christum et ecclesiis institutis; dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei nationibus promulgaverunt. 5 Et perinde[k] ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a[l] quibus traducem[3] fidei et semina doctrinae ceterae exinde ecclesiae mutuatae[m] sunt, et cottidie[n] mutuantur, ut ecclesiae fiant. 6 Ac per hoc et ipsae apostolicae deputabuntur, ut suboles apostolicarum ecclesiarum. 7 Omne genus ad originem suam censeatur necesse est[4]. Itaque tot ac tantae ecclesiae una est illa ab apostolis prima[o], ex qua omnes. 8 Sic omnes primae[p] et omnes[q] apostolicae, dum una[r] omnes[s] probant unitatem[t]: communicatio pacis et adpellatio fraternitatis et con-

[a] *promissor* Sabc. [b] *et quamdiu* AS. [c] om. A. [d] *regrediens* LSabc. [e] ita A, *tinguendas* cett. omnes. [f] *et in filium* praeter A omnes. [g] *et in spiritum* praeter Aab omnes. [h] *qua* S. [i] *consecutio promissa* LS. [k] *proinde* LSabcpr. [l] om. S. [m] *doctrinae ecclesiae* (pro: *eccl. mut.*) S. [n] ita A. [o] *unam esse illam ab apostolis primam* Sa. [p] *prima* A. [q] om. A. [r] *unam* LSabcpr. [s] om. pr. [t] unitate o.

[1] Matth. 28, 19. [2] Ps. 108, 8; Act. 1, 20. [3] Hac voce ex vitium cultura translata Tert. saepe utitur; cfr. Oehler ad Apol. c. 7. [4] Omnis res ex origine sua pensanda atque adpellanda est.

tesseratio[a] hospitalitatis[1]. 9 Quae iura non alia ratio regit, quam eiusdem sacramenti[2] una traditio.

XXI. '*Constat omnem doctrinam, quae cum illis ecclesiis apostolicis matricibus et originalibus fidei conspiret, veritati deputandam: hoc est testimonium veritatis*'.

Hinc igitur dirigimus praescriptionem[3], si deus Christus Iesus[b] apostolos misit ad praedicandum, alios non esse recipiendos praedicatores, quam[c] Christus instituit; 2 quia nec[d] alius patrem novit nisi filius, et cui filius revelavit[4]; nec aliis videtur revelasse filius, quam apostolis, quos misit ad praedicandum, utique quod illis revelavit. 3 Quid autem praedicaverint, id est quid[e] illis Christus revelaverit, et hic praescribam non aliter probari debere, nisi per easdem ecclesias, quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi eis praedicando tam viva, quod aiunt, voce, quam per epistulas postea.

4 Si haec ita sunt, constat proinde[f] omnem doctrinam, quae cum illis ecclesiis apostolicis matricibus[5] et originalibus fidei conspiret[g], veritati deputandam, id[h] sine dubio tenentem[i], quod ecclesiae ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a deo accepit[k]; 5 omnem vero doctrinam[l] de mendacio praeiudicandam, quae sapiat contra veritatem ecclesiarum et apostolorum Christi[m] et dei. 6 Superest ergo, uti demonstremus, an haec[n] nostra

[a] *contestatio* S. [b] ita ALS, *dominus Ies. Chr.* abcpr, *dominus Chr. Ies.* o. [c] *quos* add. LSabc. [d] *et nec* Sa. [e] *quod* A. [f] ita Ao, *proinde* ceteri. [g] *conspirent* AS. [h] *et* S. [i] *tenentes* ALS. [k] *suscepit* LSabc. [l] *reliquam vero omnem* LSabc. [m] *et Christi* LSabcpr. [n] om. LS.

[1] Et libelli pacis (panisque eucharisticus, quem teste Eusebio H. e. V 24 episcopi paschali tempore alter alteri mittebant) et nomen fraternitatis et tesserae (σύμβολα) hospitalitatis, quas ecclesiae inter se communicabant, ecclesiam unam esse testabantur. [2] regulae vel fidei. [3] De hac voce cfr. Prolegomena p. 6. [4] Matth. 21, 27. [5] Hoc vocabulum Tertulliano familiare est; vide Oehler ad De pat. c. 5

doctrina, cuius regulam supra edidimus, de apostolorum traditione censeatur[1], et ex hoc ipso ceterae[a] de mendacio veniant. 7 Communicamus cum ecclesiis apostolicis, quod nulla doctrina diversa: hoc est testimonium veritatis.

XXII. *Neque iure obici potest, apostolos non omnia scivisse vel aliis tradidisse.*

Sed quoniam tam[b] expedita probatio est, ut si statim proferatur, nihil iam sit retractandum, ac si prolata non sit a nobis, locum interim demus diversae parti, si quid putant ad infirmandam hanc praescriptionem movere se posse. 2 Solent dicere, non omnia apostolos scisse, eadem agitati dementia qua susum rursus[2] convertunt omnia quidem apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse, in utroque Christum reprehensioni inicientes, qui aut[c] minus instructos aut parum simplices apostolos miserit.

3 Quis igitur[d] integrae mentis credere potest, aliquid eos ignorasse, quos[e] magistros dominus dedit, individuos habens[f] in comitatu, in discipulatu, in convictu; quibus obscura quaeque seorsim[g] disserebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana, quae populo intellegere non liceret[3]? 4 Latuit aliquid Petrum, aedificandae ecclesiae petram dictum, claves regni caelorum consecutum, et solvendi et alligandi in caelis et in terris pote-

a *an ceterae* LSabcopr. b *tum* LSa. c *ut* S. d *enim* LSabc. e om. S. f *habitos* Sabc, *habitus* L. g ita Apr, *seorsum* LSo.

[1] Voces 'census' pro origine et 'censeri' pro 'originem habere vel ducere' innummeris locis apud Tertullianum deprehendes (Oehler ad De corona c. 13). [2] susum (i. e. sursum) rursus = susque deque. Fortasse pro 'rursus' legendum est: 'iusum'; cfr. s. August., In epist. Ioh. ad Parthos, tractatus VIII 2 (Migne P. l. 35, 2036): 'quod susum faciens iusum, quod deorsum faciens sursum; iusum vis facere deum et te susum'. Eodem loco tract. X 8: 'Susum me honoras, iusum me calcas'. [3] Matth. 13, 11.

statem[1]? 5 Latuit et Iohannem[a] aliquid, dilectissimum domino, pectori eius incubantem, cui soli dominus Iudam traditorem praemonstravit[b], quem loco suo filium Mariae demandavit[2]? 6 Quid eos ignorasse voluit, quibus etiam gloriam suam exhibuit, et Moysen et Eliam[c], et insuper de caelo patris vocem[3]? non quasi ceteros reprobans, sed quoniam *in tribus testibus stabit omne verbum*[4]. 7 Ignoraverunt itaque et illi, quibus post resurrectionem quoque in[d] itinere omnes scripturas disserere[e] dignatus est[5].

8 Dixerat plane aliquando: *Multa habeo adhuc loqui vobis*[f], *sed non potestis modo ea sustinere;* 9 tamen adiciens: *Cum venerit ille spiritus veritatis, ipse vos deducet*[g] *in omnem veritatem*[h][6], ostendit illos nihil ignorasse, quos *omnem veritatem* consecuturos per *spiritum veritatis* promiserat[i]. 10 Et utique implevit repromissum probantibus Actis apostolorum descensum spiritus sancti. 11 Quam scripturam qui non recipiunt[7], nec spiritus sancti esse possunt, qui[k] necdum[l][8] spiritum sanctum[m] possunt[n] agnoscere discentibus missum, sed nec ecclesiam [se dicant][o] defendere, qui, quando et[p] quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent. 12 Tanti est enim[q] illis non habere probationes eorum, quae defendunt, ne pariter admittantur traductiones eorum, quae mentiuntur[9].

[a] ita A. [b] *demonstravit* LSa. [c] *elian* Ao, *heliam* ceteri. [d] om. A. [e] ita A, *edisserere* cett. omnes, sed cfr. c. 40, 9. [f] *vobis loqui* LSabc. [g] *docet* LS. [h] *in omni veritat* ALS. [i] ita Ao, *repromissa erat* L, *repromiserat* Sabc. [k] *Quam scripturam ... qui* om. S. [l] ita o, *nec* A, *ne* Lbc, *nedum* Sapr. [m] om. pr. [n] ita Abco, *possint* LSapr. [o] *se dicant* Sabcopr, *se* AL. [p] *in* A. [q] *enim est* S.

[1] 5 Matth. 16, 18. 19. [2] Joh. 13, 23. [3] Matth. 17, 1 ss. [4] Matth. 18, 16. [5] Luc. 24, 27. [6] Joh. 16, 12. 13. [7] Id praeter Montanum fecerunt Ebionitae (Epiphanius, Haer. 30, 16), Encratitae cum Tatiano (Eus., H. e. IV 29), Marcionitae (Tert., Adv. Marc. V 2). [8] i. e. nondum; cfr. Hoppe p. 106 s. [9] Nihili faciunt, quod reiciendo Actus apostolorum fundamenta ecclesiae subruunt; id solum spectantes, ne patefieri seu refutari possint, quae mentiuntur. Tradu-

XXIII. *Neque inde, quod Petrus a Paulo reprehensus est, concludendum est, Paulo 'postea pleniorem scientiam supervenisse'.*

Proponunt ergo ad suggillandam[a] ignorantiam aliquam apostolorum, quod Petrus et qui cum eo[b] reprehensi sunt[c] a Paulo[1]. 2 'Adeo', inquiunt, 'aliquid eis defuit', ut ex hoc etiam illud struant, potuisse postea pleniorem scientiam supervenire, qualis obvenerit Paulo reprehendenti antecessores.

3 Possum ~~et hic~~ Acta apostolorum repudiantibus dicere: 'Prius est ut[d] ostendatis, quis iste Paulus, et quid ante apostolum, et quomodo apostolus', quatenus[e][2] et alias ad quaestiones plurimum eo[f] utuntur. 4 Neque enim, si ipse se apostolum[g] de persecutore profitetur[3], sufficit unicuique examinate credenti, quando nec dominus ipse[h] de se testimonium dixerit[4].

5 Sed credant[i] sine scripturis, ut credant adversus scripturas[5]; tamen doceant, ex eo, quod adlegant Petrum a Paulo reprehensum, aliam[k] evangelii formam a Paulo superductam[6] citra[7] eam, quam praemiserat Petrus et ceteri. 6 Atquin[l] demutatus in praedicatorem de persecutore, deducitur ad fratres a fratribus, ut unus ex fratribus, ad illos et ab illis[m], qui ab apostolis fidem induerant[8]. 7 Dehinc[n], sicut[o] ipse enarrat[9],

[a] *suggillanda* S. [b] *erant* add. LSabc. [c] ita ALSo, *sint* abcpr. [d] ita Ao, *uti* LSabcpr. [e] *quatinus* A. [f] om. S. [g] *Neque enim pseudoapostolum se* S. [h] *quando nec deus* S. [i] *credent* LS. [k] alius S. [l] *qui* vel *quin* A, *atquin* Sc Vaticanus o, *atqui* Lpr. [m] ita A, *ab illis et ab illis* L, *ab illo ad illos* S, *et ad illos ab illis* bcopr. [n] om. A. [o] *sicuti* S.

cere enim apud Tertullianum est patefacere vel convincere; cfr. De fuga 2. 12; Ad Scap. 2; De anima 1. [1] Gal. 2, 11. [2] quia. [3] 1 Tim. 1, 13. [4] Joh. 5, 31. [5] Sed licet credant aliud sine scripturis (Paulum factum ex persecutore apostolum), ut credant aliud adversus scripturas (Paulum docuisse evangelium a Petro diversum). [6] insuper additam; cfr. De pudic. 20 et De cor. 11. [7] praeter. [8] Act. 9, 27. [9] Gal. 1, 18.

adscendit Hierosolymam[a] cognoscendi Petri causa, ex officio et iure scilicet eiusdem fidei et praedicationis. 8 Nam et illi non essent mirati[b], de persecutore factum praedicatorem, si aliquid contrarium praedicaret; nec dominum propterea magnificassent, quia adversarius eius Paulus obvenerat[1]. 9 Itaque et dexteram[c] ei dederunt, signum concordiae et convenientiae, et inter se distributionem officii ordinaverunt, non separationem evangelii, nec ut aliud alter, sed ut aliis alter praedicarent, Petrus in circumcisionem, Paulus in nationes[2]. 10 Ceterum si reprehensus est Petrus, quod, cum convixisset ethnicis, postea se a convictu eorum separabat personarum respectu: utique conversationis fuit vitium, non praedicationis[3]. 11 Non enim ex hoc alius deus quam creator, et alius Christus quam ex Maria, et alia spes quam resurrectio adnuntiabatur.

XXIV. *Neque Paulus in tertium caelum elatus in aliam doctrinam instructior factus est.*

Non mihi tam bene est, immo non mihi tam[d] male est, ut apostolos conmittam[4]. 2 Sed quoniam perversissimi isti illam reprehensionem ad hoc obtendunt, ut suspectam faciant doctrinam superiorem[5], respondebo quasi pro Petro: ipsum Paulum dixisse, factum se esse omnibus[e] omnia, Iudaeis Iudaeum, non Iudaeis non Iudaeum, ut omnes lucrificaret[6]. 3 Adeo pro temporibus et personis et causis quaedam reprehendebant, in quae et ipsi aeque pro temporibus et personis et causis conmittebant[f][7]; quemadmodum si et Petrus reprehenderet Paulum,

[a] *ascendi in hierosolyma* A, *ascendit* (*ascendi* L) *hierosolymam* Sabcopr; cfr. Adv. Marc. V 3 init. [b] *ammirati* LSabc. [c] *dextram* A. [d] om. S. [e] *omnibus esse* Sabc. [f] *promittebant* A.

[1] Gal. 1, 23 s. [2] Gal. 2, 9. [3] Adv. Marc. IV 3. [4] alterum in alterum inmittam seu agitem. [5] doctrinam Petri. [6] 1 Cor. 9, 20—22. [7] inclinabant seu indulgebant.

quod prohibens circumcisionem circumciderit[a] ipse Timotheum[1]. 4 Viderint qui de apostolis iudicant. Bene quod Petrus Paulo et in martyrio adaequatur.

5 Sed etsi[b] in tertium usque coelum ereptus Paulus et in paradisum delatus[c] audiit quaedam illic[2], non[d] possunt videri fuisse, quae illum in aliam doctrinam instructiorem praestarent, cum ita[e] fuerit conditio eorum, ut nulli hominum proderentur. 6 Quod si ad alicuius conscientiam emanavit[f] nescio quid illud, et hoc se aliqua haeresis sequi adfirmat, aut Paulus secreti proditi reus est, aut et alius postea in paradisum ereptus debet ostendi, cui permissum sit eloqui, quae Paulo mutire non licuit.

XXV. *Neque apostolos 'quaedam palam et universis, quaedam secreto et paucis demandasse' ex epistulis ad Timotheum scriptis conligere licet.*

Sed, ut diximus[3], eadem dementia est, cum confitentur quidem nihil apostolos ignorasse nec diversa inter se praedicasse, non tamen[g] omnia volunt illos omnibus revelasse; 2 quaedam enim[h] palam et universis, quaedam secreto et paucis demandasse, quia et hoc verbo usus est Paulus ad Timotheum: *O Timothee, depositum custodi*[4]*;* et rursum: *Bonum depositum serva*[i][5]. 3 Quod[k] hoc depositum est? tacitum[l], ut alterius doctrinae deputetur? 4 An illius denuntiationis[6], de qua ait: *Hanc denuntiationem commendo apud te, fili*[m] *Timothee*[7]*?* 5 Item illius praecepti, de quo ait: *Denuntio tibi ante deum, qui vivificat omnia, et Iesum Christum, qui testatus*[n] *est sub*

[a] *circumcideret* Ao. [b] *et* LSa. [c] *dilatus* S. [d] *illic quae non* LSa. [e] *ita* in A evanuit. [f] ita A, *manavit* ceteri. [g] *sed non* LSabc. [h] om. S. [i] *custodi* Sabc. [k] *quid* pr. [l] ita A, *tam tacitum* bco, *tam idoneum* Sa, *tam id acrum* L, *an idoneum* pr. [m] ita A, *filiole* Sabcopr, *filioli* L. [n] *testificatus* LSabc.

[1] Act. 16, 3. [2] 2 Cor. 12, 2 ss. [3] cap. 22. [4] 1 Tim. 6, 20. [5] 2 Tim. 1, 14. [6] postulationis. [7] 1 Tim. 1, 18.

Pontio Pilato bonam confessionem, custodias[a] *praeceptum*[1]? 6 Quod autem praeceptum, et quae denuntiatio? Ex supra et infra[b] scriptis intellegere erat[c], non nescio quid subostendi hoc dicto de[d] remotiore doctrina, sed potius inculcari[e] de non admittenda alia praeter eam, quam audierat ab ipso, et puto[f] *coram multis,* inquit, *testibus.* 7 Quos multos testes si nolunt ecclesiam intellegi, nihil interest, quando[g] nihil tacitum fuerit, quod sub multis testibus proferebatur. 8 Sed nec quia voluit[h] illum *haec fidelibus hominibus* demandare, *qui idonei sint et alios docere,* id quoque[i] ad[k] argumentum occulti alicuius evangelii interpretandum est. 9 Nam[l] cum dicit *haec,* de eis dicit, de quibus in praesenti scribebat; de occultis autem, ut de absentibus, apud conscientiam non *haec,* sed *illa* dixisset.

XXVI. *Christus apostolis dicens 'ne margaritam porcis et sanctum canibus iactarent, demandabat evangelii administrationem non passim nec inconsiderate administrandam', neque tamen quicquam 'de dei verbo et Christi sacramento' abscondi voluit.*

Porro consequens erat, ut cui demandabat evangelii administrationem non passim nec inconsiderate administrandam[m], adiceret[n] secundum dominicam vocem, ne margaritam porcis et sanctum canibus iactaret[2]. 2 Dominus palam edixit, sine ulla significatione alicuius tecti[o] sacramenti; ipse praeceperat, si quid in tenebris et[p] in abscondito audissent, in luce[q] et in tectis praedicarent[3]. 3 Ipse per similitudinem praefiguraverat,

[a] ita ALo, *ut custodias* Sabcpr. [b] *supra et infra ex* LS. [c] ita Rhenanus, *intelleg . . .* A, *intellegerunt* Lpr, *intellegerat* Sa, *intellegetur* bco. [d] om. ALS. [e] *inculcare* A. [f] *palam* add. o. [g] *quomodo* ALSabc. [h] *monet* LSac. [i] *ideoque* (pro: id quoque) A. [k] ita A, om. ceteri; cfr. Adv. Hermog. 19: in materiam interpretari. [l] ita Ao, *nam et* ceteri. [m] *administrandum* AL. [n] *adiecerat et* S. [o] ita Ao, *taciti* ceteri. [p] om. A. [q] *lucem* LSa.

[1] Tim. 6, 13 s. [2] Matth. 7, 6. [3] Matth. 10, 27.

ne unam mnam, id est unum verbum eius, sine fructu in abdito reservarent[1]. 4 Ipse docebat, lucernam non sub modium[a] abstrudi[b] solere, sed in candelabrum constitui, ut luceat omnibus, qui in domo sunt[2]. 5 Haec apostoli aut neglexerunt aut minime intellexerunt[c], si non adimpleverunt, abscondentes aliquid de lumine, id est, de[d] dei verbo et[e] Christi sacramento. 6 Neminem, quod scio, verebantur, non Iudaeorum vim[f], non ethnicorum; quo magis utique in ecclesia libere praedicabant, qui in synagogis et in locis publicis non tacebant. 7 Immo neque Iudaeos convertere neque ethnicos inducere potuissent, nisi, quod credi ab eis volebant, ordine[g] exponerent. 8 Multo magis iam credentibus ecclesiis nihil subtraxissent, quod aliis paucis seorsum demandarent. 9 Quamquam etsi quaedam inter domesticos, ut ita dixerim, disserebant, non tamen ea fuisse credendum est, quae aliam regulam fidei superducerent, diversam et contrariam illi, quam catholice[h][3] in medium proferebant: 10 ut alium deum[i] in ecclesia dicerent, alium in hospitio; aliam[k] Christi substantiam designarent in aperto, aliam in secreto[l]; aliam[k] spem resurrectionis apud omnes adnuntiarent, aliam apud paucos; 11 cum ipsi obsecrarent[m] in epistulis suis, ut idipsum et unum loquerentur omnes, et non essent schismata et dissensiones in ecclesia[4], quia sive[n] Paulus sive alii eadem praedicarent. 12 Alioquin meminerant, *sit sermo vester, est est, non non;* nam[o] *quod amplius, hoc a malo est*[5], ne evangelium in diversitate tractarent.

[a] ita AS. [b] *obstrui* S. [c] *aut min. intell.* om. S. [d] ita A, om. S. [e] om. LSa. [f] ita etiam A. [g] *ordinari* LS. [h] *catholicae* S. [i] *dominum* LSab. [k] *et aliam* Sabc. [l] *aliam in secr.* om. A. [m] ita A, *observarent* LSa. [n] *sive quia* S. [o] ita Ao, om. ceteri.

[1] Luc. 19, 20. [2] Matth. 5, 15. [3] coram omnibus. [4] 1 Cor. 1, 10. [5] Matth. 5, 37.

XXVII. *Neque 'ecclesiae suo vitio aliter acceperunt, quam apostoli protulerunt'.*

Si ergo incredibile est, vel ignorasse apostolos plenitudinem praedicationis, vel non omnem ordinem regulae omnibus edidisse, videamus ne forte[a] apostoli quidem simpliciter et plene, ecclesiae autem suo vitio aliter acceperint quam apostoli proferebant. 2 Omnia ista scrupulositatis incitamenta invenias praetendi ab haereticis. 3 Tenent correptas ab apostolo ecclesias: *O insensati Galatae, quis vos fascinavit*[1]*?* et: *Tam bene currebatis, quis vos impediit*[2]*?* ipsumque[b] principium: *Miror, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos*[c] *vocavit in gratia, ad aliud evangelium*[3]. 4 Item ad Corinthios scriptum, quod essent adhuc carnales, qui lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum; qui putarent se scire aliquid, quando nondum scirent quemadmodum scire[d] oporteret[4]. 5 Cum correptas ecclesias obponunt, credant emendatas. 6 Sed et illas recognoscant, de quarum fide et scientia et conversatione apostolus gaudet et deo gratias agit[5]; quae[e] tamen hodie cum illis correptis unius institutionis iura miscent[6].

XXVIII. *Licet ecclesiae 'omnes erraverint, nullam respexerit spiritus sanctus, ecquid verisimile est, ut tot ac tantae in unam fidem erraverint? variasse debuerat error doctrinae ecclesiarum'.*

Age nunc, omnes erraverint[f]; deceptus sit et apostolus de testimonio reddendo[g]; nullam respexerit spiritus sanctus, uti

[a] om. LSab. [b] *ipsum* A. [c] *suos* Aopr. [d] *sciri* LSabcpr. [e] *qui* S. [f] *erraverunt* S. [g] *quibusdam* addunt LSabc.

[1] Gal. 3, 1. [2] Gal. 5, 7. [3] Gal. 1, 6. [4] 1 Cor. 3, 1 ss.; 8, 2. [5] Rom. 15, 14; Col. 1, 3; 1 Thess. 1, 2. [6] Ecclesiae ab apostolo correptae, quia iam emendatae sunt, eodem loco ad doctrinae veritatem testandam habendae sunt, quo ecclesiae ab eo laudatae.

eam in veritatem[a] deduceret, ad hoc missus a Christo, ad hoc postulatus de patre, ut esset doctor veritatis; neglexerit[b] officium dei villicus, Christi vicarius, sinens ecclesias aliter interim[c] intellegere, aliter credere, quod ipse per apostolos praedicabat: ecquid[d] verisimile est, ut tot ac tantae in unam fidem erraverint? 2 Nullus inter multos eventus unus est exitus[e]; variasse debuerat error[f] doctrinae ecclesiarum. 3 Ceterum, quod apud multos unum invenitur, non est erratum, sed traditum[g]. 4 Audeat ergo aliquis dicere illos errasse, qui tradiderunt?

XXIX. *'Quoquo modo sit erratum, tam diu utique regnavit error, quam diu haereses non erant'.*

Quoquo modo[h] sit erratum, tam diu utique regnavit[i] error, quam diu haereses non erant. 2 Aliquos Marciones[k] et Valentinos[l] liberanda veritas exspectabat. 3 Interea perperam evangelizabatur, perperam credebatur[m], tot milia milium perperam tincta[1], tot opera fidei perperam ministrata[n]; tot virtutes[2], tot charismata perperam operata; tot sacerdotia, tot ministeria[o] perperam functa; tot denique martyria perperam coronata. 4 Aut si non[p] perperam nec in vacuum[q], quale est ut[3] ante res dei currerent, quam cuius dei notum esset? ante christiani, quam Christus inventus? ante haeresis[r], quam vera doctrina? 5 Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit, post vero[s]

[a] *veritate* LSa. [b] *neglexitait* AS, *neglexit* L. [c] om. A. [d] *et quid* S. [e] *unus est ex.* om. A., *'unus est. Exitus'* o. [f] *unus exitus variasse debuerat ordinem* S. [g] *sed trad.* om. LS. [h] *quomodo* A. [i] *erravit* LSa. [k] ita A habuisse videtur, ubi nunc legitur *Marcio...*, *Marcionitas* ceteri. [l] ita A, *Valentinianos* ceteri. [m] *perperam cred.* om. ALS. [n] ita ALSa, *administrata* bcopr. [o] *mysteria* A. [p] ita Ao, *nec* bcpr. [q] *martyria perperam et in vacuum* S. [r] ita A, *haereses* ceteri. [s] ita opr, *postremo* ALSabc.

[1] baptizata. [2] miracula. [3] Hac locutione saepe usus est Tert. hoc sensu: qui fit ut.

similitudo succedit. 6 Ceterum satis ineptum, ut prior[a] in doctrina haeresis habeatur, vel quoniam[1] ipsa est, quae futuras haereses cavendas[b] praenuntiabat[c]. 7 Ad eius doctrinae ecclesiam[d] scriptum est, immo ipsa doctrina ad ecclesiam[e] scribit: *Etsi angelus de caelo aliter evangelizaverit citra quam nos, anathema sit*[2].

XXX. *Haeretici, ut Marcion Valentinus Hermogenes, multo post apostolos exstiterunt, neque se novos apostolos esse signis probare possunt.*

Ubi tunc Marcion, Ponticus nauclerus[3], Stoicae studiosus? Ubi[f] Valentinus[4] Platonicae sectator? 2 Nam constat illos neque adeo olim fuisse, Antonini fere principatu, et in catholicam[g] primo[h] doctrinam credidisse apud ecclesiam Romanensem, sub episcopatu Eleutheri[i][5] benedicti[6]; donec ob inquietam semper[k] curiositatem, qua fratres quoque vitiabant[l], semel et iterum eiecti, Marcion quidem cum ducentis sestertiis[7], quae ecclesiae intulerat, novissime in perpetuum discidium relegati[m], venena doctrinarum suarum disseminaverunt[n]. 3 [Postmodum Marcion

[a] *proprior* A, *pro priori doctrina* o. [b] *et cavendas* LSabc. [c] *praenuntiavit* bcpr. [d] *ecclesiae* A. [e] *suam* add. LSabcpr. [f] ita A, *ubi tunc* ceteri. [g] ita LSabc, *catholic*... A, *catholicae* opr. [h] *paene* LSa. [i] *alterius Pii* Bunsen (Analecta Antenicaena I 105), *alius Pii* Lachmann. [k] *eorum semper* apr, *semper eorum* c. [l] *quam fratres quoque vitabant* A. [m] *relegatus* LSa. [n] *disseminavit* LSa.

[1] iam eam ob rationem quod. [2] Gal. 1, 8. [3] Cfr. Adv. Marc. I 1; Eus., H. e. V 13. [4] Eus., H. e. IV 11: *Οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Ὑγίνου* (annis 138—140), *ἤκμασε δὲ ἐπὶ Πίου* (140—155) *καὶ παρέμεινεν ἕως Ἀνικήτου* (155—166). [5] Eleutherius ecclesiam Romanam rexit annis 174—189. S. Iustinus anno circiter 150 Marcionem in omni hominum genere multos habere sectatores narravit (Apol. I 26). [6] De pudicitia c. 13 Tert. de Callisto papa ita habet: Bonus pastor et benedictus papa contionaris. [7] i. e. cum ducentis milibus sestertium.

paenitentiam confessus, cum conditioni datae sibi occurrit[1], ita pacem recepturus, si ceteros quoque[a], quos perditioni erudisset, ecclesiae restitueret, morte[b] praeventus est][c].

4 Oportebat enim haereses esse[2]. Nec tamen ideo bonum haereses[d], quia esse eas[e] oportebat, quasi non et malum oportuerit esse; nam et[f] dominum tradi oportebat, sed vae[g] traditori[3], ne quis[h] etiam hinc haereses[i] defendat.

5 Sed et Apellis stemma[k4] retractandum est. Tam non vetus et ipse quam Marcion institutor et praeformator eius, sed lapsus in feminam[l], desertor continentiae Marcionensis[5] ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam secessit. 6 Inde post annos regressus non melior[6], nisi tantum qua iam non Marcionites, in alteram feminam impegit, illam virginem Philumenen, quam supra edidimus[7], postea vero inmane prostibulum[m], et ipsius energemate[n] circumventus, quae ab ea didicit *Φανερώσεις*[o] scripsit[8]. 7 Adhuc in saeculo supersunt qui meminerint eorum, etiam proprii discentes[9] et successores ipsorum, ne posteriores negare possint. 8 Quamquam et de operibus suis, ut dixit dominus, revincuntur[10]. 9 Si enim Marcion novum testamentum a vetere separavit, posterior est eo quod separavit[p], quia separare

[a] om. Ao. [b] *mortem morte* A. [c] Hanc sententiam ut spuriam recte pr uncis inclusit. [d] *haeresis* LS. [e] *eas esse* pr. [f] om. A. [g] *idua et* A. [h] *quid* LSa. [i] *haeresis* ALSa. [k] *Si et Appelles stigma* A. [l] *femina* LS. [m] *prostribulum* A. [n] ita pr, *et ipsis cuiusque inergemata* A, *et ipsa mergimate* L, *et ipsa inergemate* S, *et ipsam cuius energemate* bco. [o] *phanerosis* A, *facinorosus* S. [p] *posterior est . . . sep.* om. LS.

[1] cum in eo esset, ut conditioni sibi datae satisfaceret. [2] 1 Cor. 11, 19. [3] Marc. 14, 21. [4] genealogia seu origo. [5] Nuptias facere et carne vesci Marcion electos seu baptizatos prorsus vetuit. [6] At Rhodon (apud Eus., H. e. V 13) de Apelle ita tradit: *ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος καὶ τῷ γήρᾳ.* Gravitatem igitur morum haereticus adfectasse videtur, foedis criminibus inquinatus. [7] cap. 6. [8] In doctrina Apelles Marcionem secutus est; cfr. Augustinum, De haeres. 23 (Migne P. l. 42, 29). [9] discipuli. [10] Matth. 7, 16.

non posset, nisi quod unitum fuit. 10 Unitum[a] ergo antequam separaretur, postea factum separatum posteriorem ostendit separatorem. 11 Item Valentinus, aliter exponens, et sine dubio emendans hoc nomine quicquid emendat, ut mendosum retro, alterius fuisse demonstrat[b].

12 Hos ut[c] insigniores et frequentiores adulteros veritatis nominamus. 13 Ceterum et Nigidius nescio qui, et Hermogenes[1], et multi alii adhuc ambulant pervertentes vias domini. Ostendant[d] mihi, ex qua auctoritate prodierint[e]. 14 Si alium deum praedicant, quomodo eius dei rebus et litteris et[f] nominibus utuntur, adversus quem praedicant? si eundem[g], quomodo aliter? 15 Probent se novos apostolos esse; dicant Christum iterum descendisse[h], iterum ipsum docuisse, iterum crucifixum, iterum mortuum[i], iterum resuscitatum. 16 Sic enim apostolos[k] solet facere, dare praeterea illis[l] virtutem eadem signa edendi, quae[m] et ipse[n]. 17 Volo igitur et[o] virtutes eorum proferri[p]; nisi quod agnosco maximam virtutem eorum[q], qua apostolos in perversum aemulantur. Illi enim de mortuis vivos faciebant[r], isti de vivis mortuos faciunt.

[a] *uni tantum* S. [b] *demonstret* Sab. [c] *hoc* (sine: *ut*) A, *hos utique* LSa, *hos ut* opr. [d] *cupio ostendant* S. [e] ita Ao, *prodierunt* ceteri. [f] om. A. [g] *eiusdem* LSa. [h] *ascendisse* A. [i] *iterum mort.* om. S. [k] ita LSabcpr, *apostolus descripsit* A, *apostolus descripsit sic enim apostolos* o. [l] *illis praeterea* LSabcpr. [m] *qua* A. [n] *ipsi* LSa. [o] om. LSa. [p] *proferre* LSabc. [q] *proferri* . . . . *eorum* om. A. [r] *suscitabant* (pro: vivos fac.) LSa.

[1] De Nigidio nihil traditum est. Hermogenes erat pictor Carthaginiensis, philosophia Platonica imbutus, qui aeones quidem ex deo emanasse negavit, materiae autem aeternitatem defendit; impugnaverunt eum Tertullianus libro Adversus Hermogenem et s. Theophilus ep. Antiochenus opere deperdito (Eus., H. e. IV 27; Hippolytus, Philos. VIII 4, 17).

XXXI. *'Id esse dominicum et verum, quod sit prius traditum' ex parabola de tritico et zizania probatur.*

Sed ab excessu revertar ad principalitatem veritatis et posteritatem mendacitatis[1] disputandam[a], ex illius quoque parabolae patrocinio, quae bonum semen frumenti a[b] domino seminatum in primore constituit[2], avenarum[3] autem sterilis foeni[c] adulterium ab inimico diabolo postea superducit. 2 Proprie[d] enim doctrinarum distinctionem figurat, quia et alibi verbum dei seminis similitudo est[4]. 3 Ita ex ipso ordine manifestatur, id esse dominicum et verum, quod sit prius traditum; id autem extraneum et falsum, quod sit posterius inmissum. 4 Ea sententia manebit adversus posteriores quasque haereses, quibus nulla constantia de conscientia[5] competit[e] ad[f] defendendam sibi veritatem.

XXXII. *Etiamsi quae haereses aetate iam apostolorum ortae sunt, tamen pro apostolicis habendae non sunt, nisi episcopos habent per successionem ab apostolis decurrentes vel saltem doctrinam apostolicae consentaneam.*

Ceterum si quae audent interserere se aetati apostolicae, ut ideo videantur[g] ab apostolis traditae, quia sub apostolis fuerunt, possumus dicere: Edant ergo origines ecclesiarum suarum[h]; evolvant ordinem episcoporum suorum ita per successionem[i] ab initio decurrentem[k], ut primus ille episcopus aliquem ex apostolis vel apostolicis viris, qui tamen cum apostolis[l] per-

[a] *deputandam* LSabc. [b] *et a* A. [c] *faeni* A. [d] *pro parte* LSa. [e] *concedit* LSa. [f] om. A. [g] *videant* A. [h] om. A. [i] *successiones* LSabco. [k] *decurrente* LS. [l] *vel apostolicis . . . apostolis* om. A.

[1] Relegatur lector ad c. 21. [2] Matth. 13, 24 ss. [3] avena = falscher Hafer, Windhafer. [4] Luc. 8, 11. [5] quae nititur bona conscientia.

severaverit[a], habuerit auctorem et antecessorem. 2 Hoc enim modo ecclesiae apostolicae census suos[1] deferunt; sicut Smyrnaeorum ecclesia Polycarpum ab Iohanne conlocatum refert[2], sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum[3]. 3 Itidem [perinde][b] utique et ceterae exhibent, quos ab apostolis[c] in episcopatum constitutos apostolici seminis traduces habeant.

4 Confingant tale aliquid haeretici. Quid enim[d] illis post blasphemiam inlicitum est? 5 Sed etsi confinxerint, nihil promovebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum apostolica comparata ex diversitate et contrarietate sua pronuntiabit neque apostoli alicuius auctoris esse neque apostolici; quia sicut[e] apostoli non diversa inter se docuissent, ita et apostolici[f] non contraria apostolis edidissent, nisi illi, qui ab apostolis didicerunt, aliter praedicaverunt[g]. 6 Ad hanc itaque formam provocabuntur[h] ab illis ecclesiis, quae licet nullum ex apostolis vel apostolicis auctorem suum proferant[i], ut multo posteriores, quae denique[4] cottidie instituuntur, tamen in eadem fide conspirantes, non minus apostolicae deputantur pro consanguinitate doctrinae.

7 Ita omnes haereses ad utramque formam[5] a[k] nostris

[a] ita Aabpr, *perseveraverint* Sc, *perseveraverunt* L, *perseveravit* o. [b] ita pr, in A haec verba non iam comparent, *id et proinde* Sa, *idem proinde* L, *edit proinde* bc, *itidem perinde* o. [c] *apostoli* (pro: ab ap.) LS. [d] *enim* omiserat A. [e] *apostoli alicuius* . . . . *sicut* om. A. [f] *apostolica* A. [g] *desciverunt* (pro: didicernnt al. praed.) S. [h] *probabuntur* Ao. [i] *proferebant* A. [k] om. LSa.

[1] origines. [2] ita etiam s. Irenaeus, Adv. haer. III 3, 4. [3] Ipsi Petro apostolo Clementem successisse in episcopatu Romano Tert. hoc loco indicat. Quod contra Irenaeus (l. l. III 3, 3) beatos apostolos Lino episcopatum commendasse et post eum primum Anacletum, deinde Clementem ecclesiam Romanam administrasse tradidit. Hieronymus vero ita (De viris inl. 15): 'Clemens' inquit . . . . . 'quartus post Petrum Romae episcopus . . . tametsi plerique latinorum secundum post apostolum putent fuisse Clementem'. [4] etiam vel pari modo. [5] unam successionis episcoporum, alteram successionis in consanguinitate doctrinae (Fr. Iunius).

ecclesiis provocatae probent se quaqua putant apostolicas. 8 Sed adeo nec sunt, nec probare possunt[a] quod non sunt; nec recipiuntur in pacem et[b] communicationem ab ecclesiis quoquo modo apostolicis, scilicet ob diversitatem sacramenti nullo modo apostolicae.

XXXIII. *Haereses aetate apostolorum iam ortae ab illis damnatae sunt.*

Adhibeo super haec ipsarum doctrinarum recognitionem, quae tunc sub apostolis fuerunt ab isdem[c] apostolis et demonstratae et deieratae[1]. 2 Nam et sic facilius traducentur[2], dum aut iam tunc fuisse deprehenduntur, aut ex illis, quae iam tunc fuerunt, semina[d] adsumpsisse[e].

3 Paulus in prima ad Corinthios notat negatores et dubitatores resurrectionis[3]: haec opinio propria[f] Sadducaeorum. 4 Partem eius usurpat Marcion et Apelles et Valentinus, et si qui alii resurrectionem carnis[g] infringunt. 5 Et[h] ad Galatas scribens invehitur in observatores[i] et defensores circumcisionis et legis[4]: Hebionis haeresis sic est. 6 Timotheum instruens nuptiarum quoque interdictores suggillat[5]: ita instituunt[k] Marcion et Apelles eius secutor. 7 Aeque tangit eos, qui dicerent factam iam resurrectionem[6]: id de se[l] Valentiniani adseverant[7]. 8 Sed et cum genealogias indeterminatas nominat[8], Valentinus agnoscitur, apud quem aeon[m] ille nescio qui novi et non unius nominis[9] generat e[n] sua Charite Sensum et Veritatem; et hi

[a] *possunt probare* LSabc. [b] *et in* LSabc. [c] ita AS. [d] ita Ao, *semina* ceteri. [e] ita A, *sumpsisse* ceteri. [f] *prima* LSac. [g] om. LS. [h] ita Ao, om. ceteri. [i] *observationes* A. [k] *instuunt* A. [l] *sic se* LS. [m] *adeo* A. [n] ita Ao, *et* LS, *e* abcpr.

[1] eieratae seu damnatae. [2] patefient. [3] 1 Cor. 15, 12. [4] Gal. 5, 2. [5] 1 Tim. 4, 3. [6] 2 Tim. 2, 18. [7] Irenaeus, Adv. haer. II 31, 2: esse autem resurrectionem a mortuis agnitionem eius, quae ab eis dicitur veritatis. [8] 1 Tim. 1, 4; supra c. 7. [9] *αἰὼν τέλειος* seu *βυθός* seu *ἀρχή* adpellatus (Adv. Valentinianos c. 7).

aeque procreant ex se[a] Sermonem et Vitam; dehinc et isti generant Hominem et Ecclesiam, de qua prima ogdoade[b] aeonum exinde decem alii et[c] duodecim reliqui aeones miris nominibus oriuntur in meram fabulam[d] triginta aeonum. 9 Item apostolus, cum improbat elementis servientes[1], aliquid Hermogenis[e] ostendit, qui materiam non natam introducens deo non nato eam[f] comparat, et ita matrem elementorum deam faciens potest ei servire, quam deo comparat.

10 Iohannes vero in Apocalypsi idolothyta edentes et stupra conmittentes iubet castigare[2]; sunt et nunc alii Nicolaitae: Gaiana haeresis dicitur. 11 At in epistula eos maxime antichristos vocat, qui Christum negarent in carnem[g] venisse, et qui non putarent Iesum esse filium dei[3]: illud Marcion[4], hoc Hebion vindicavit. 12 Simonianae autem magiae disciplina angelis serviens[5] utique et ipsa inter idololatrias deputabatur, et a Petro apostolo in ipso Simone damnabatur.

XXXIV. *Aliae haereses postea obortae damnantur aut consortio praedicationis, quod cum apostolicis haeresibus habent, aut argumento posteritatis supra (c. 31) memorato.*

Haec sunt, ut arbitror, genera doctrinarum adulterinarum, quae sub apostolis fuisse ab ipsis apostolis discimus. 2 Et tamen nullam invenimus institutionem inter tot[h] diversitates perversitatum, quae de deo creatore universorum controversiam moverit[i]. 3 Nemo alterum deum ausus est suspicari. Facilius de filio quam

[a] ita Ao, *duo* (pro: ex se) ceteri. [b] *ogdoadae* A, *haec inde decas* Sa. [c] om. A. [d] *mira fabula* A. [e] *aliquid Hermogenem* L, *aliquem Hermogenem* Sabc. [f] *notam* (pro: nato eam) A. [g] *carne* LSabcpr. [h] *ut* (pro: inter tot) LS. [i] *moverint* S.

[1] Gal. 4, 3. [2] Apoc. 2, 20. [3] 1 Joh. 2, 22. [4] De Christo docetice sentiebat. [5] Iren., Adv. haer. I 23, 1—4; Epiphanius, Haer. 21; Auctor libri Adv. omnes haereses c. 2: Hunc mundum ab angelis creatum esse somniavit Simon.

de patre haesitabatur, donec Marcion praeter creatorem alium deum solius bonitatis induceret; 4 Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faceret deum legis et Israelis, illum igneum adfirmans; Valentinus aeonas suos spargeret, et unius aeonis vitium in orginem[a] deduceret dei creatoris[1].

5 His solis et his primis revelata est veritas[b] divinitatis, maiorem scilicet dignationem[c] et pleniorem gratiam a diabolo consecutis, qui deum[d] sic quoque voluerit[e] aemulari, ut[f] de doctrinis venenorum, quod dominus negavit[2], ipse faceret discipulos super magistrum. 6 Eligant igitur sibi tempora universae haereses, quae quando fuerit[g], dum non intersit quae quando, dum[h] de veritate non sint[3], et[i] utique, quae[k] sub apostolis non fuerunt, fuisse non possint[l]. 7 Si autem[m] fuissent, nominarentur et ipsae[4], ut et ipsae coërcendae essent[n]; quae vero sub apostolis fuerunt, in sua nominatione damnantur[o]. 8 Sive ergo eaedem[p] nunc sunt aliquanto expolitiores, quae sub apostolis rudes, habent suam exinde damnationem; sive aliae quidem[q] fuerunt, aliae autem postea obortae, quiddam[r] ex illis opinionis[s] usurpaverunt, habendo cum eis consortium praedicationis, habeant[t] necesse est etiam[u] consortium damnationis, praecedente illo fine supradicto posteritatis[5], quo[v] etsi nihil de damnaticiis partici-

[a] *origine* A. [b] *veritatis* A. [c] *dignitatem* A. [d] *quod eum* A. [e] *voluerint* A. [f] *et* LS. [g] ita A, *fuerint* ceteri. [h] om. LS. [i] om. LSabcpr. [k] om. A. [l] *possunt* LSabcpr. [m] ita Ao, *enim* LSabcpr. [n] ita Ao, om. LSabcpr. [o] *dignantur* S. [p] *eadem* AL. [q] *quidem illae* LSabc. [r] ita A, *quasdam* ceteri. [s] ita Hildebrand, *opiniones* ceteri; cfr. c. 33, 9 *aliquid Hermogenis*, ubi Sabc habent: aliquem Hermogenem (L aliquid Hermogenem). [t] *habent* LS. [u] om. A. [v] *quod* Ao.

[1] Ex defectione aeonis unius deus creator secundum Valentinum originem traxit. [2] Matth. 10, 24. [3] Nihil refert inquirere, quando unaquaeque haeresis orta sit, cum omnes veritatis expertes esse constet. [4] in sacra scriptura. [5] Auctor argumentum posteritatis in cap. 31 expositum in mentem revocat.

parent[a], de aetate sola praeiudicarentur tanto magis adulterae, quanto nec ab apostolis nominatae. 9 Unde firmius constat has esse, quae adhuc tunc nuntiabantur futurae.

XXXV. *Haereticis adversus disciplinam catholicam nulla praescriptio praesto est.*

His definitionibus provocatae a nobis et revictae haereses omnes, sive quae[b] posterae, sive quae[b] coaetaneae apostolorum, dummodo diversae; sive generaliter, sive specialiter notatae ab eis, dummodo praedamnatae, audeant respondere et ipsae aliquas eiusmodi praescriptiones adversus nostram disciplinam. 2 Si enim negant veritatem eius, debent probare illam quoque haeresin esse[c], eadem forma revictam, qua ipsae revincuntur; et ostendere simul, ubinam quaerenda sit veritas, quam apud illas non esse iam constat.

3 Posterior[d] nostra res non est, immo omnibus prior est[e]: hoc erit testimonium veritatis ubique[f] occupantis principatum. 4 Apostolis utique[g] non damnatur[h], immo defenditur: hoc erit indicium proprietatis. 5 Quam enim non[i] damnant, qui[k] extraneam quamque damnarunt[l], suam ostendunt, ideoque et defendunt.

XXXVI. *'Apud ecclesias apostolicas ipsae adhuc cathedrae apostolorum praesident, ipsae authenticae litterae eorum recitantur'; de doctrina eorum 'haereses prodierunt, sed non sunt ex illa, ex quo factae sunt adversus illam'. Maximae autem auctoritatis est Romana ecclesia.*

Age iam, qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae, percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipsae

[a] *participarentur* Sa. [b] *qua* LS. [c] *haereses inesse* A, *haeresis esse* L, *haeresim* (sine: esse) S. [d] *superior* A. [e] + *et* A. [f] *ubi* A. [g] ita pr cum Rigaltio, *ubique* Ao, om. LS, *quod ab apostolis* abc. [h] *damnantur* S. [i] om. LS. [k] *qui si* S. [l] ita Ao, *damnaverunt* LSpr.

adhuc cathedrae apostolorum suis locis praesident[1]; apud quas ipsae authenticae litterae[2] eorum recitantur sonantes vocem et[a] repraesentantes[b] faciem uniuscuiusque[3]. 2 Proxima[c] est tibi Achaia: habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos[d]; si potes in Asiam tendere, habes Ephesum[4]; si autem Italiae adiaces[e], habes Romam[f], unde nobis quoque auctoritas[g] praesto est. 3 Ista quam[h] felix ecclesia! cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur[5]; ubi Paulus Iohannis[6] exitu coronatur; ubi apostolus Iohannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est[7], in insulam relegatur[8].

4 Videamus quid didicerit[i], quid docuerit, cum[k] Africanis

[a] om. LS. [b] *praesentantes* A. [c] *proxime* LS Vaticanus. [d] + *habes Thessalonicenses* abco. [e] *adicies* L, *adieceris* S. [f] *Romanam* LSa. [g] *auct. quoque* A. [h] *statuta* (pro: ista quam) S, *statu* L. [i] *dixerit* LSc, *didiceret* pr. [k] *quid cum* cpr.

[1] Cave inde concludas in omnibus ecclesiis apostolorum, quas memorat, cathedras eorum ligneas vel lapideas conservatas esse, id quod de cathedra Iacobi Hierosolymitana narrat Eus., H. e. VII 19. [2] Aliunde non constat autographa apostolorum ad tempora Tertulliani usque perdurasse. [3] quantum scilicet imaginari fas est cogitantibus (Rigalt.). [4] Quidam, ut Corssen (Zeitschrift für neutest. Wissenschaft 1901, 202 ss.) et Harnack (Chronologie I 678 s.) non apostolum sed presbyterum Iohannem Ephesi episcopum fuisse volunt. [5] Idem narrant Origenes (apud Eus., H. e. III 1: *Πέτρος . . . ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν*) et Lactantius (De mort. pers. 6): Petrum (Nero) cruci adfixit. [6] Baptistae. [7] Huius rei unus testis est Tertullianus; Hieronymus quidem idem refert (In Matth. 20, 26 et Adv. Iovinianum I 26: 'Refert autem Tert., quod Romae missus in ferventis olei dolium purior et vegetior exiverit quam intravit'); sed is Tertulliano teste usus est. Itaque Linsenmayer (Historisches Jahrbuch 1904, 462) martyrium Romanum Iohannis fabulae quam historiae propius esse censet. [8] Idem narrant Apoc. 1, 9; Hippolytus, De Christo et antichristo c. 36; Origenes, In Matth., tom. 16, 6 (de la Rue III 720).

quoque ecclesiis contestetur[a]. 5 Unum deum dominum[b] novit, creatorem universitatis[c], et Christum Iesum ex virgine Maria filium dei creatoris[d] et carnis resurrectorem[e]; legem et prophetas cum evangelicis et apostolicis litteris miscet[f1], inde potat[g] fidem; eam[h] aqua signat, sancto spiritu vestit[2], eucharistia pascit, martyrium exhortatur[3], et ita adversus hanc institutionem neminem recipit. 6 Haec est institutio, non dico iam quae futuras haereses praenuntiabat, sed de qua haereses prodierunt. Sed non . . .[i] ex illa, ex quo factae sunt adversus illam[4]. 7 Etiam de olivae nucleo mitis et opimae et necessariae asper oleaster oritur; etiam de papavere[5] ficus gratissimae[k] et suavissimae ventosa et vana caprificus[l6] exsurgit. 8 Ita et haereses de nostro frutice, non nostro de[m] genere, veritatis grano, sed[n] mendacio silvestres.

XXXVII. *Haeretici igitur cum ex diversitate doctrinae non sint christiani, admittendi non sunt ad ullam de scripturis sacris provocationem.*

Si haec ita se habent, ut veritas nobis adiudicetur, quicumque in ea regula incedimus, quam[o] ecclesiae[p] ab apostolis,

[a] ita pr, *contestare* L, *contestatur* Sa, *contesseratur* o cum Pithoeo et Rigaltio. [b] om. LSabc. [c] *in universitatem* A. [d] *creatorem* A. [e] ita A, *resurrectionem* ceteri. [f] *miscit* A. [g] *portat* S. [h] om. LS. [i] *sunt* L, *fuerunt* bc, *omnes* Sa; in A evanuit; fortasse scribendum est: *germani.* [k] *et necessariae . . . gratissimae* om. LS. [l] *caproficus* A. [m] om. Ao. [n] *de nostro fructificaverunt non nostrae degeneres veritatis* (*varietatis* S) *grano et* LSabc. [o] *quem A.* [p] ita ALS, *ecclesia* abcopr.

[1] Non vetus a novo testamento cum gnosticis separat. [2] Haec verba de sacramento chrismatis intellegere licet. [3] Cfr. Cic. ad Atticum VII 14, 3: pacem hortari non desino; Tac., Ann. XI 3: hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum; Nepos, Dat. 8, 5. [4] Haeretici postquam adversarii ecclesiae catholicae facti sunt, filii sunt adulterini seu non iam filii eius. [5] i. e. ex granis seminalibus. [6] ficus agrestis.

apostoli a Christo, Christus a deo tradidit, constat ratio propositi nostri[1] definientis non esse admittendos haereticos ad ineundam[a] de scripturis provocationem, quos sine scripturis probamus ad scripturas non pertinere. 2 Si enim haeretici sunt, christiani esse non possunt, non a Christo habendo, quod de sua electione sectati haereticorum nomine[b] admittunt. 3 Ita non christiani nullum ius capiunt[c] christianarum litterarum, ad quos merito dicendum est: Qui estis? quando et unde venistis? quid in meo agitis, non mei? quo denique, Marcion, iure silvam meam caedis? qua licentia, Valentine, fontes meos transvertis? qua potestate, Apelles, limites meos conmoves? 4 Mea est possessio[d]: quid hic ceteri ad voluntatem vestram[e] seminatis et pascitis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo[f], habeo origines firmas ab ipsis auctoribus, quorum fuit res. 5 Ego sum heres apostolorum. Sicut caverunt testamento suo, sicut fidei conmiserunt, sicut adiuraverunt, ita teneo. 6 Vos certe exheredaverunt semper et abdicaverunt, ut extraneos, ut inimicos. 7 Unde autem ut[g] extranei et inimici apostolis haeretici, nisi ex diversitate doctrinae, quam unusquisque de suo arbitrio adversus apostolos aut protulit aut recipit[h]?

XXXVIII. *Ex proposito aliter docendi haeretici ad adulterationem scripturarum et expositionum adducti sunt.*

Illic igitur et scripturarum et expositionum adulteratio deputanda est, ubi doctrinae diversitas invenitur[i]. 2 Quibus fuit propositum aliter docendi, eos[k] necessitas coegit[l] aliter disponendi instrumenta doctrinae. 3 Alias enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent per quae docerent. Sicut illis non potuisset

[a] *ad eundem* L, *adeunda* S. [b] *nomina* Ao. [c] *christiani . . . capiunt* om. A. [d] *mea est poss.* om. LS. [e] om. A. [f] *prior poss.* om. LS. [g] om. LSabcopr. [h] ita A, *recepit* ceteri. [i] *diversitas invenitur doctrinae* LSabc. [k] om. LS. [l] ita Abco, *instituit* LS, *institit* apr.

[1] cap. 15.

succedere corruptela doctrinae sine corruptela[a] instrumentorum eius, ita et nobis[b] integritas doctrinae[c] non competisset sine integritate eorum, per quae doctrina tractatur. 4 Etenim quid contrarium nobis in nostris? quid de proprio intulimus, ut aliquid contrarium ei[d] et in scripturis deprehensum detractione vel adiectione vel transmutatione remediaremus? 5 Quod sumus, hoc sunt[e] scripturae ab initio suo; ex illis sumus, antequam[f] aliter fuit[g], antequam a vobis[h] interpolarentur? 6 Cum autem omnis interpolatio posterior credenda sit, veniens utique[i] ex causa aemulationis, quae[k] neque prior neque domestica umquam est eius[l], quod[m] aemulatur, tam incredibile est sapienti cuique, ut nos[n] adulterum stilum intulisse videamur scripturis, qui sumus[o] a principio et primi[p], quam illos non intulisse, qui sunt et posteri et adversi. 7 Alius manus[q] scripturas, alius sensus[r] expositiones[s] intervertit. 8 Neque enim si Valentinus integro instrumento[t] uti[u] videtur, non callidiore ingenio, quam Marcion manus intulit veritati[v] [1]. 9 Marcion enim exserte[2] et palam machaera[3], non stilo usus est, quoniam ad materiam suam caedem scripturarum confecit[4]. 10 Valentinus autem pepercit, quoniam non ad materiam scripturas, sed materiam ad scripturas excogitavit; et tamen plus abstulit et plus adiecit, auferens proprietates singulorum quoque verborum[w], adiciens dispositiones non comparentium rerum.

[a] *doctrinae sine corr.* om. A. [b] *ita et nobis et a nobis* A. [c] *sine corruptela . . . integritas doctrinae* om. S. [d] *nobis in nobis . . . contrarium ei* om. A. [e] *sunt inde* S. [f] + *nihil* LSabcpr. [g] + *quod sumus quid denique fuit* LSabcpr. [h] *nobis* LSa. [i] *itaque* S. [k] *qua* LSa. [l] *ceteris* S. [m] *domesticarum est eius quam quod* Sa. [n] *non* LS. [o] *simus* A. [p] ita Abco, *et primi et ex ipsis* LSapr. [q] ita A, *manu* ceteri. [r] ita L, *sensu* Sabc. [s] *expositione* opr. [t] *strumento* AS. [u] *et ut* S. [v] *manus . . . ver.* om. LS. [w] ita A, *verborum et* ceteri.

[1] Valentinus sacram adulteravit scripturam perverse explicando, Marcion circumcidendo. [2] strenue. [3] μάχειρα = culter. [4] pro doctrina sua scripturas mutilavit.

XXXIX. *Haeretici hac in re secuti sunt exempla eorum, qui Vergiliocentonas et Homerocentonas composuerunt.*

Erant[a] ingenia[1] de spiritalibus nequitiae, cum quibus luctatio est nobis[2], fratres, merito contemplanda[b], fidei necessaria, ut electi manifestentur, ut reprobi detegantur[c]. 2 Et ideo habent vim et in[d] excogitandis instruendisque erroribus facilitatem, non adeo mirandam, quasi difficilem et inexplicabilem, cum de saecularibus quoque scripturis exemplum praesto sit eiusmodi facilitatis. 3 Vides[e] hodie ex Vergilio fabulam[f] in totum[3] aliam componi, materia[g] secundum versus et[h] versibus secundum materiam concinnatis. 4 Denique[4] Hosidius[i] Geta[k5] 'Medeam'[l] tragoediam ex Vergilio[6] plenissime exsuxit[m]; meus quidam[n] propinquus ex eodem poëta inter cetera stili sui otia 'Pinacem'[7] Cebetis[o] explicuit. 5 Homerocentonas[p8] etiam[q] vocare[r] solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus. 6 Et utique fecundior divina litteratura ad facultatem cuiusque materiae. 7 Nec periclitor dicere, ipsas quoque scri-

[a] ita Ao, *haec sunt* ceteri. [b] *contemplandae* LSabc. [c] *ut . . . detegantur* om. A. [d] om. LSabc. [e] *quovis* LSa, *vis* bc. [f] *fabula* S. [g] *materiam* LS. [h] ita Ao, om. ceteri. [i] *Vosidius* A. [k] *Ovidius citra* LS. [l] *mediae* A. [m] *expressit* LSabc. [n] ita etiam A. [o] *caebytis* A. [p] *homerocentones* Ao, *homericentonas* S. [q] *sententiam* LS. [r] *vocari* ALo.

[1] artificia, machinae. [2] Eph. 6, 13. [3] Familiaris est Tertulliano haec locutio. [4] ita seu exempli gratia. [5] Cn. Hosidius Geta, qui et ipse consul fuit, memoratur a Cassio Dione, lib. LX 9 et 20. [6] Cento Vergilianus 'Medea' exstat apud Burmannum, Anthol. lat. I 148—186, et apud Riese, Anth. lat. 17. [7] Liber, cui nomen *Πίναξ* (tabula) est, iniuria Cebeti Thebano, Socratis discipulo, adscriptus et multo post ortus est; ediderunt eum Schweighaeuser (Lipsiae 1798) et Drosihn (Lips. 1871); cfr. Drosihn, Die Zeit des *Πίναξ Κέβητος*, Neu-Stettin 1873. [8] Hieron., Ep. 53, 7: Quasi non legerimus Homerocentonas et Vergiliocentonas squ.

pturas sic esse ex dei voluntate dispositas, ut haereticis materias subministrarent, cum legam oportere haereses esse, quae sine scripturis esse non possunt.

XL. *Agunt autem haeretici diaboli instinctu, 'qui ipsas quoque res sacramentorum divinorum idolorum mysteriis aemulatur'.*

Sed quaeritur[a], a quo intellectus interpretetur[1] eorum, quae ad haereses faciant. 2 A diabolo scilicet, cuius sunt[b] partes intervertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum divinorum[c] idolorum mysteriis aemulatur. 3 Tingit et ipse quosdam, utique credentes et fideles suos; expositionem[d] dilectorum de lavacro repromittit[2], 4 et si adhuc memini Mithrae[e] signat illic in frontibus milites suos[3], celebrat et panis oblationem[f][4], et imaginem[g] resurrectionis inducit, et sub gladio redimit coronam[5]. 5 Quid? quod et summum pontificem in unius[h] nuptiis statuit[6]? Habet et virgines, habet et continentes. 6 Ceterum si Numae Pompilii superstitiones revolvamus, si[i] sacerdotalia[k] officia, et[l] insignia et privilegia, si sacrificalia(?)[m]

[a] *sequetur* (pro: sed qu.) Ao. [b] om. A. [c] + *in* LSabc. [d] ita Ao, *expiationem* ceteri. [e] ita Ao, *meminit Mithrae* LS, *et sic* (*si* abc) *initiat Mithrae* abcpr. [f] *et panes et oblationem* A. [g] *et im.* om. A. [h] ita Labc, *unius* (sine: in) A, *in unius* om. S. [i] om. A. [k] *sacerdotia* A. [l] om. LSabcpr. [m] ita bcopr, *sacrificantia* LSa, *sacrificantium* Fulv. Ursinus et Rigaltius.

[1] passive, ut De bapt. 19 et Ad. nat. I 3. [2] De eadem re Tert. agit De bapt 5. [3] et ita sacramentum chrismatis aemulatur. [4] S. Iustinus (Apol. I 66) in mysteriis Mithrae iis, qui initiantur, panem calicemque aquae a daemonibus adponi narrat. [5] In libro De corona c. 15 Tert. agit de 'aliquo Mithrae milite, qui cum initiatur in spelaeo, in castris vere tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam, quasi mimum martyrii, dehinc capiti suo accommodatam monetur obvia manu a capite pellere et in umerum, si forte, transferre, dicens Mithran esse coronam suam'. [6] Tert. ad uxor. 17: Regem saeculi, pontificem maximum, rursus nubere nefas est.

ministeria[a], et instrumenta et vasa ipsorum sacrificiorum, ac piaculorum et votorum curiositates consideremus: nonne manifeste diabolus morositatem[1] illam iudaicae[b] legis imitatus est? 7 Qui ergo ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam aemulanter adfectavit exprimere in negotiis idololatriae, utique et idem et eodem ingenio gestiit et potuit instrumenta quoque divinarum rerum et sanctorum christianorum[2], sensum de sensibus, verba de verbis, parabolas de parabolis, profanae et aemulae fidei adtemperare[c]. 8 Et ideo neque a diabolo inmissa esse spiritalia nequitiae, ex quibus etiam haereses veniunt, dubitare quis debet[d], neque ab idololatria distare haereses, cum et auctoris et operis eiusdem sint, cuius et idololatria. 9 Deum aut fingunt alium adversus creatorem; aut si unicum creatorem confitentur, aliter eum disserunt, quam in vero est. 10 Itaque omne mendacium, quod de deo[e] dicunt, quodammodo genus[f] est idololatriae.

XLI. '*Conversatio haereticorum futilis, sine auctoritate, sine disciplina est*'; *laicis, neophytis, quin etiam mulieribus sacerdotalia munera conmittunt.*

Non omittam ipsius etiam conversationis haereticae descriptionem, quam[g] futilis, quam terrena, quam humana sit; sine gravitate, sine auctoritate, sine disciplina, ut[h] fidei suae congruens. 2 Inprimis quis catechumenus, quis fidelis incertum est; pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant[3]; etiam ethnici

[a] quae secuntur post *ministeria* usque ad cap. 45, in A desunt. [b] *iudaee* S. [c] ita bc, *adtemptare* LSa. [d] ita bc, *debeat* Sa (L?). [e] ita a (in marg.) bco, *deo variatio* a, *deo vel natio* LS, *deo variato* pr. [f] ita a (in marg.) bco, *sexus* LSa, *servus* pr. [g] om. S. [h] *aut* LS.

[1] Morositatem vocat morum et rituum iudaicorum scrupulositatem. [2] apostolorum et evangelistarum. [3] Quo tempore Tert. haec scripsit, in ecclesia iam disciplina quae dicitur arcani vigebat: cfr. Funk in Theol. Quartalschrift 1903, 69—90, contra Batiffol, Études d'histoire et de théologie positive, Paris 1902, 1—41.

si supervenerint, sanctum canibus et porcis margaritas[1], licet non veras, iactabunt. 3 Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinae, cuius penes nos curam lenocinium vocant. Pacem quoque passim cum omnibus miscent[2]. 4 Nihil enim interest[a] illis, licet diversa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conspirent. Omnes tument[b], omnes scientiam pollicentur. Ante sunt perfecti[3] catechumeni quam edocti. 5 Ipsae mulieres haereticae, quam procaces! quae audeant docere, contendere[4], exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan[c] et tingere. 6 Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes[5]; nunc neophytos conlocant[6], nunc saeculo obstrictos[7], nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt. 7 Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium[d], ubi ipsum esse illic promereri est. 8 Itaque alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras lector; hodie presbyter, qui cras laicus; nam et laicis sacerdotalia munera iniungunt.

XLII. *Haeretici magis eversores quam aedificatores sunt; cum et inter se et ab auctoribus et regulis suis multum saepe discrepent, eorum 'schisma est unitas'.*

De verbi autem administratione quid dicam[e], cum hoc sit negotium illis, non ethnicos convertendi, sed nostros evertendi? 2 Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus elevationem operentur; quoniam et ipsum opus eorum non de suo proprio aedificio venit[8], sed de veritatis destructione.

[a] *in verum est* S. [b] *omnes tument* om. LS. [c] *fortasse an* LS. [d] *rebellum* S. [e] *tam* S.

[1] Matth. 7, 6. [2] Osculantur se in sacris peragendis omnes promiscue. [3] τέλειοι, initiati. [4] disputare. [5] Sicut episcopis sedes mutare non licebat, ita omnes viri ecclesiastici ab officio ex eo loco, ubi ordinati et cui addicti erant, amoveri non poterant. [6] muneri praeficiunt (anstellen). Neophytum episcopum ordinari vetat s. Paulus (1 Tim. 3, 6). [7] Qui praefectura aliqua aut militia apud gentiles fungebantur, eos honoribus ecclesiasticis augeri aequum non esse censebant. [8] arte aedificandi.

3 Nostra suffodiunt, ut sua aedificent. Adime illis legem Moysi et prophetas et creatorem deum, accusationem eloqui[a] non habent[1]. 4 Ita fit, ut ruinas facilius operentur stantium aedificiorum, quam exstructiones iacentium ruinarum. 5 Ad haec solummodo opera humiles et blandi et submissi agunt. Ceterum nec suis praesidibus reverentiam noverunt. 6 Et hoc est quod schismata apud haereticos fere non sunt; quia cum sint, non parent[2]; schisma[b] enim est unitas ipsa. 7 Mentior si non etiam a regulis suis variant inter se, dum unusquisque proinde suo arbitrio modulatur quae accepit, quemadmodum de suo arbitrio ea[c] composuit ille, qui tradidit. 8 Agnoscit naturam suam et originis suae morem profectus rei. Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio suo fidem innovare. 9 Denique penitus inspectae haereses omnes in multis cum auctoribus suis dissentientes deprehenduntur. 10 Plerique nec ecclesias habent, sine matre, sine sede, orbi fide, extorres[d], quasi sibilati[e] vagantur.

XLIII. *Apud haereticos 'et de genere conversationis qualitas fidei aestimari potest'.*

Notata sunt etiam commercia haereticorum cum magis[f] quam pluribus, cum circulatoribus, cum astrologis, cum philosophis, curiositati scilicet deditis. 2 *Quaerite et invenietis*[3]

[a] *et loqui* LSa. [b] *schismata* LSac. [c] *quemadmodum arbitrio de ea* S. [d] *exteriores* LS. [e] ita Sa, *quasi sibilat* L, *quasi* (om. b) *sibi late* bc Vaticanus, *sua in vilitate* o, *quasi patria spoliati* pr; fortasse scribendum est: *quasi viduati.* [f] *magnis* S.

[1] Verbum 'habere' (ἔχειν) cum infinitivo coniunctum est structura graeca. Sensus est: Si iis legem Moysis et prophetas et deum creatorem ademeris, causam querendi non habebunt, quia haec iam dudum abiecerunt. [2] Schismata apud haereticos sunt ea quidem, sed minus in oculos nostros cadunt propter discordiam, quae inter eos et nos intercedit. [3] Matth. 7, 7.

ubique meminerunt. Adeo et de genere conversationis qualitas fidei aestimari potest: doctrinae index[a] disciplina est. 3 Negant deum timendum: itaque libera sunt illis omnia et soluta. 4 Ubi autem deus non timetur, nisi ubi non est? Ubi deus non est[b], nec veritas ulla est. Ubi veritas nulla est[c], merito et talis disciplina est. 5 At ubi deus, ibi metus in deum, qui est initium sapientiae[1]; ubi metus in deum, ibi gravitas honesta[d], et diligentia adtonita[2], et cura sollicita, et adlectio[e] explorata[3], et communicatio deliberata[4], et promotio[f] emerita[5], et subiectio religiosa, et adparitio devota[6], et processio[g] modesta[7], et ecclesia unita, et dei omnia.

XLIV. *A veritate catholica 'divertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicii', ubi ratio reddenda est 'inprimis ipsius fidei'.*

Proinde haec pressioris[h8] apud nos testimonia disciplinae ad probationem veritatis accedunt; a qua divertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicii, quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal adstare, reddentes rationem in primis ipsius fidei. 2 Quid ergo dicent, qui illam stupraverint adulterio haeretico, virginem traditam a Christo? 3 Credo[i] adlegabunt[9],

[a] *inde* LS. [b] *Ubi deus non est* om. S. [c] *Ubi veritas nulla est* om. LS. [d] *honestas* LS. [e] *adiectio* LS. [f] *promissio* Sa. [g] *pressio* LSa. [h] ita Rigalt., *pressiora* Sa, *praessio* L, om. bc. [i] om. S.

[1] Eccli 1, 16. [2] diligentia prae metu vigilans et adtenta. [3] Supple: in ordinem ecclesiasticum. De haereticis Tert. supra c. 41 dixit: ordinationes eorum temerariae. [4] De communicatione loquitur orationis et conventus, ad quam nemo nisi deliberatione habita diligenti a catholicis admittebatur. [5] Cfr. Apol. 39: Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. [6] Adparere est famulari seu praesto esse; adparitores magistratuum vocabantur scribae, lictores, praecones. [7] Procedebant in publicum christiani modesto habitu vultuque. [8] acrioris. [9] Quae secuntur, ironice sunt intellegenda.

nihil unquam sibi ab illo vel ab apostolis eius de saevis[a] et perversis doctrinis futuris pronuntiatum[b] et de cavendis abominandisque[c] praeceptum. 4 Agnoscent[d] suam potius culpam et suorum[e](?), qui nos non[f] ante praestruxerunt. 5 Adicient praeterea multa de auctoritate cuiusque doctoris haeretici, illos maxime[g] doctrinae suae fidem[h] confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformasse, futura significasse, uti merito apostoli crederentur. 6 Quasi[i] nec hoc scriptum sit[i], venturos multos, qui etiam virtutes maximas ederent[k] ad fallaciam muniendam corruptae praedicationis. Itaque veniam merebuntur.

7 Si vero memores dominicarum et apostolicarum [scripturarum et][l] denunciationum in fide integra steterint, credo, de venia periclitabuntur, respondente domino[m]: 8 'Praenuntiaveram plane futuros fallaciae magistros in meo nomine, et prophetarum et apostolorum etiam, et discentibus meis eadem ad vos praedicare mandaveram. 9 Semel evangelium et eiusdem regulae doctrinam apostolis meis delegaveram[n]; sed cum vos non crederetis, libuit mihi postea aliqua inde mutare. 10 Resurrectionem promiseram etiam carnis; sed recogitavi, ne implere non possem. Natum me ostenderam ex virgine; sed postea turpe mihi visum est. 11 Patrem dixeram, qui solem et pluvias facit[o]; sed alius me pater melior[p] adoptavit. Prohibueram vos aurem accommodare haereticis, sed erravi'. 12 Talia capit[2]

[a] ita LSabc, *scaevis* o cum Fr. Iunio. [b] *praenuntiatum* pr. [c] *et de abominandis quid* (*quod* L) LSa. [d] *agnoscunt* LSa Vaticanus, *agnoscet* van der Vliet. [e] ita Lbo, *quam suorum* Sac, *quam illorum* Rigalt., *et illorum* pr; locus corruptus est. [f] om. LS. [g] *maxima* Sa. [h] om. LSa. [i] *quia si* S. [k] *ederunt* S. [l] *scripturarum et* addunt abcopr, sed recte eiecit Rigaltius. [m] *deo* LSab. [n] *Semel . . . delegaveram* om. S. [o] *fecit* pr. [p] *melius* LSa.

[1] Matth. 7, 15 ss.; 24, 24 s.; 1 Tim. 4, 1 ss.; Jud. 17—19.
[2] Verbum capit est graecum ἐνδέχεται (licet) et hoc sensu usitatissimum apud Tertullianum.

opinari eos, qui exorbitant[1] et fidei veritatis periculum non cavent.

XLV. *Auctor se etiam specialiter quibusdam haereticis responsurum esse promittit.*

13 Sed nunc quidem generaliter actum est nobis[a] adversus haereses omnes, certis et iustis[b] et necessariis praescriptionibus repellendas a conlatione scripturarum. 14 De reliquo, si dei gratia adnuerit, etiam specialiter quibusdam respondebimus[2] .... 15 [Haec in fide veritatis[c]..... legentibus pax et gratia dei[d] nostri Iesu Christi in aeternum[e].]

[a] ita ALSabo, *a nobis* c Vaticanus Rigalt. pr. [b] *iniustis* A. [c] *cum otio per* o, *otio per* pr; in A lacuna est. [d] *domini* pr. [e] Verba 'Haec in fide... in aeternum' in solo codice A leguntur, ubi additur: 'Contra haereticos explicit. Incipit Scorpiace. Lege feliciter'.

[1] deviant, aberrant. [2] Id fecit Tert. libris Adv. Hermogenem, Marcionem, Valentinianos, Praxeam, sed non opusculo 'Adversum omnes haereses', quod in editionibus abc et postea libro De praescriptione adnexum est (c. 45—53), revera autem a Victorino episcopo Pettaviensi scriptum videtur esse; hoc opusculo haereses recensentur potius quam confutantur.

ADPENDIX.

S. IRENAEI ADVERSUS HAERESES III 3—4*.

III 3. Traditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam in omni ecclesia adest[1] perspicere omnibus, qui vera velint videre, et habemus adnumerare eos, qui ab apostolis instituti sunt episcopi in ecclesiis, et successiones eorum usque ad nos, qui nihil tale[2] docuerunt neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas ecclesias conmittebant. Valde enim perfectos et inreprehensibiles in omnibus eos volebant esse, quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes, quibus emendate agentibus[3] fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas. (2) Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximae et antiquissimae et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo[4] Romae fundatae et constitutae ecclesiae eam, quam habet ab apostolis traditionem, et adnuntiatam hominibus fidem per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos

* Textus graecus est Eusebii ab Ed. Schwartzio (Lipsiae 1903) editus; versio autem latina ex editione Harvey (Cantabrigiae 1857) deprompta est.

[1] *πάρεστιν* seu *ἔξεστιν*. [2] quale gnostici. [3] *ὧν ἀνορθουμένων* i. e. quibus munere suo probe fungentibus. [4] Claromontanus et Vossianus codices vetustissimi habent: Paulo et Petro.

qui quoquo modo vel per sibiplacentiam[1] malam vel vanam gloriam vel per caecitatem et malam sententiam praeterquam oportet conligunt[2]. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem[3] necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab apostolis traditio[4].

2 (3). *Θεμελιώσαντες*[5] *οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν· τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. Διαδέχεται δ'αὐτὸν Ἀνέγκλητος, μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης*[6] *ὁ καὶ ἑορακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς καὶ ἔτι ἔναυλον*[7] *τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκ-*

2 (3). Fundantes igitur et instruentes beati apostoli ecclesiam Lino episcopatum administrandae ecclesiae tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quae sunt ad Timotheum epistulis meminit. Succedit autem ei Anacletus; post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui et vidit ipsos apostolos et contulit[8] cum eis, et cum adhuc insonantem[9] praedicationem apostolorum et traditionem ante oculos haberet, non solus; adhuc enim multi supererant tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quae est Romae ecclesia potentissimas litteras Corinthiis

[1] *αὐταρεσκείαν* Thiersch. [2] *παρ ὃ δεῖ συνάγουσιν.* [3] *διὰ τὴν διαφορωτέραν ἀρχήν* Harvey, *διὰ τὸ ἐξαίρετον πρωτεῖον* Salmasius. [4] De hac sententia cfr. Harnack in: Sitzungsberichte der kgl. preuss. Akademie der Wiss., Berol. 1893, 939—955; Funk, Kirchengesch. Abhandlungen I, Paderb. 1897, 12—23. [5] Eus., Hist. e. V 6, 1—3. [6] 2 Tim. 4, 21. [7] At Tert., De praescr. 32 ita: sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum. [8] i. e. congressus est. [9] recenter in aures insonantem.

κλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

ad pacem eos congregans et reparans fidem eorum et adnuntians, quam in recenti et apostolis acceperat traditionem, adnuntiantem unum deum omnipotentem, factorem caeli et terrae, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui conlocutus sit Moysi, qui legem disposuerit et prophetas miserit, qui ignem praeparaverit diabolo et angelis eius. Hunc patrem domini nostri Iesu Christi ab ecclesiis adnuntiari, ex ipsa scriptura[1] qui velint discere possunt et apostolicam ecclesiae traditionem intellegere, cum sit vetustior epistula his, qui nunc falso docent et alterum deum super demiurgum et factorem horum omnium, quae sunt, conmentiuntur.

3. *Τὸν*[2] *δὲ Κλήμεντα τοῦτον διαδέχεται Εὐάρεστος καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος, εἶθ' οὕτως ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται Ξύστος, μετὰ δὲ τοῦτον Τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν· ἔπειτα Ὑγῖνος, εἶτα Πίος, μεθ' ὃν Ἀνίκητος. Διαδεξαμένου τὸν Ἀνίκητον Σωτῆρος, νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατέχει κλῆρον Ἐλεύθερος. Τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ διδαχῇ*[3] *ἥ τε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ ἐκκλησία παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήντηκεν εἰς ἡμᾶς.*

3. Huic autem Clementi succedit Euaristus et Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab apostolis constitutus est Sixtus et ab hoc Telesphorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit; ac deinceps Hyginus, post Pius, post quem Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatum ab apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione et successione ea quae est ab apostolis in ecclesia traditio et veritatis praeconatio[4] pervenit usque ad nos.

[1] s. Clementis epistula. [2] Eus., H. e. V 6, 4. 5. [3] Interpres latinus pro *διδαχῇ* legit *διαδοχῇ*, quod praeferendum est. [4] i. e. adnuntiatio.

Et est plenissima haec ostensio, unam et eandem vivificatricem fidem esse, quae in ecclesia ab apostolis usque nunc sit conservata et tradita in veritate.

4. *Καὶ Πολύκαρπος*[1] *δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν κύριον ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ*[2] *(ἐπὶ πολὺ γὰρ παρέμεινεν καὶ πάνυ γηραλέος ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθεν τοῦ βίου), ταῦτα διδάξας ἀεί, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσι τούτοις αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν Πολύκαρπον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων· ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ*[4],

4. Et Polycarpus autem non solum ab apostolis edoctus et conversatus cum multis ex eis, qui dominum nostrum viderunt, sed etiam ab apostolis in Asia in ea quae est Smyrnae ecclesia constitutus episcopus, quem et nos vidimus in prima nostra aetate (multum enim perseveravit, et valde senex gloriosissime et nobilissime martyrium faciens exivit de hac vita) haec docuit semper, quae ab apostolis didicerat, quae et ecclesiae[3] tradidit et sola sunt vera. Testimonia his perhibent quae sunt in Asia ecclesiae omnes et qui usque adhuc successerunt Polycarpo, qui vir multo maioris auctoritatis et fidelior veritatis est testis, quam Valentinus et Marcion et reliqui, qui sunt perversae sententiae. Is enim est, qui sub Aniceto cum advenisset in urbem,

[1] Eus., H. e. IV 14, 3—8. [2] Idem narrat (*εἶδον γὰρ παῖς ὤν*) Irenaeus in epistula ad Florinum apud Eus., H. e. V 20, 5. [3] graece *ἡ ἐκκλησία*; etiam Rufinus quae apud Eusebium legit ita vertit: 'et haec ecclesiae tradebat'; sed nihil in textu graeco inmutandum est; nam paulo post legitur: *ταύτην ἀλήθειαν . . . τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην.* [4] Hoc iter factum est ineunte anno 155; nam Anicetus episcopatu Romano annis 155—166 functus est et Polycarpus anno 155 vertente supremum obiit diem. Eiusdem itineris meminit Irenaeus in epistula ad Victorem papam apud Eus., H. e. V 24, 16.

πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρειληφέναι τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην. Καὶ εἰσὶν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ ὅτι Ἰωάννης, ὁ τοῦ κυρίου μαθητής, ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' ἐπειπών· „Φύγωμεν, μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ, ἔνδον ὄντος Κηρίνθου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ." Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι καὶ φήσαντι „Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς" ἀπεκρίθη· „Ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ [1]". Τοσαύτην οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῶν ἔσχον εὐλάβειαν πρὸς τὸ μηδὲ μέχρι λόγου κοινωνεῖν τινι τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν, ὡς καὶ Παῦλος ἔφησεν· „Αἱρετικὸν [2] ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ εἰδώς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος". Ἔστιν δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς

multos ex his quos praediximus haereticos convertit in ecclesiam dei, unam et solam hanc veritatem adnuntians ab apostolis percepisse se, quam et ecclesiae tradidit. Et sunt, qui audierunt eum, quoniam Iohannes domini discipulus in Epheso iens lavari, cum vidisset intus Cerinthum, exsilierit de balneo non lotus, dicens, quod timeat, ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi et dicenti: Cognoscis nos? respondit: Cognosco te primogenitum satanae. Tantum apostoli et horum discipuli habuerunt timorem, ut neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem, quemadmodum et Paulus ait: *Haereticum autem hominem post unam correptionem devita sciens, quoniam perversus est qui est talis et est a semetipso damnatus.* Est autem et epistula Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima, ex qua et characterem fidei eius et praedicationem veritatis, qui volunt et curam habent suae

[1] Id Romae accidisse (?) tradit Hieronymus, De vir. inl. 17.
[2] Tit. 3, 10.

πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. Ἀλλὰ[1] καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν τεθεμελιωμένη, Ἰωάννου δὲ παραμείναντος αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων, μάρτυς ἀληθής ἐστιν τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως.

salutis, possunt discere. Sed et quae est Ephesi ecclesia a Paulo quidem fundata, Iohanne autem permanente apud eos usque ad Traiani tempora, testis est verus apostolorum traditionis.

III 4. Tantae igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab ecclesia sumere, cum apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerint omnia, quae sint veritatis, uti omnis, quicumque velit, sumat ex ea potum vitae. Haec est enim vitae introitus, omnes autem reliqui fures sunt et latrones. Propter quod oportet devitare quidem illos, quae autem sunt ecclesiae, cum summa diligentia diligere et adprehendere veritatis traditionem. Quid enim? Et si de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de praesenti quaestione sumere, quod certum et re liquidum est?[2] Quid autem, si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus conmittebant ecclesias? Cui ordinationi adsentiunt multae gentes barbarorum eorum, qui in Christum credunt, sine charta et atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem et veterem traditionem diligenter custodientes, in unum deum credentes[3] fabricatorem caeli et terrae et omnium, quae in eis sunt, per Christum Iesum dei filium. Qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem eam quae esset ex virgine generationem sustinuit, ipse per hominem adunans

[1] Eus., H. e. III 23, 4. [2] Ita etiam Tert., De praescr. 36.
[3] Iam supra III 3, 2 idem fere symbolum fidei proposuit.

deo, et passus sub Pontio Pilato et resurgens et in claritate receptus, in gloria venturus salvator eorum qui salvantur, et iudex eorum qui iudicantur, et mittens in ignem aeternum transfiguratores veritatis et contemptores patris sui et adventus eius. Hanc fidem qui sine litteris crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt; quantum autem ad sententiam et consuetudinem et conversationem, propter fidem perquam sapientissimi sunt et placent deo, conversantes in omni iustitia et castitate et sapientia. Quibus si aliquis adnuntiaverit ea, quae ab haereticis adinventa sunt, proprio sermone eorum conloquens, statim concludentes aures longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum conloquium. Sic per illam veterem apostolorum traditionem ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portentiloquium[1] est; neque enim congregatio fuit apud eos neque doctrina instituta[2].

2. Ante Valentinum enim non fuerunt, qui sunt a Valentino; neque ante Marcionem erant, qui sunt a Marcione; neque omnino erant reliqui sensus maligni, quos supra enumeravimus, antequam initiatores et inventores perversitatis eorum fierent.

Οὐαλεντῖνος[3] *μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Ὑγίνου, ἤκμασεν δὲ ἐπὶ Πίου καὶ παρέμεινεν ἕως Ἀνικήτου. Κέρδων δ' ὁ πρὸ Μαρκίωνος καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγίνου, ὃς ἦν ἕνατος ἐπίσκοπος*[4], *εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθὼν καὶ ἐξομολογούμενος*[5] *οὕτως διετέλεσεν, ποτὲ μὲν λαθροδιδασκαλῶν, ποτὲ δὲ πά-*

Valentinus enim venit Romam sub Hygino, increvit vero sub Pio et prorogavit tempus usque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, et hic sub Hygino, qui fuit octavus episcopus, saepe in ecclesiam veniens et exhomologesin faciens sic consummavit, modo quidem la-

[1] sermo portentosus. [2] Sensus est: Neque congregatio neque doctrina haereticorum aetate apostolorum exstitit. [3] Eus., H. e. IV 11, 1. [4] Latinus interpres habet 'octavus'. Hyginum nonum episcopum Romanum fuisse praeter Irenaeum tradunt s. Cyprianus (Ep. 74, 2) et Epiphanius (Haer. 41, 1 et 42, 1). Secundum s. Irenaeum, Adv. haer. III 3, 2 Hyginus post Petrum octavus, cum Petro nonus fuit Romae episcopus. [5] errorem confessus.

λιν ἐξομολογούμενος[1], *ποτὲ δὲ ἐλεγχόμενος ἐφ'οἷς ἐδίδασκεν κακῶς, καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας*[2].

tenter docens, modo vero exhomologesin faciens, modo vero ab aliquibus traductus in his quae docebat male, et abstentus est a religiosorum hominum conventu.

3. Marcion autem illi succedens invaluit sub Aniceto, decimum locum episcopatus continente[3]. Reliqui vero qui vocantur gnostici a Menandro Simonis discipulo, quemadmodum ostendimus, accipientes initia, unusquisque eorum, cuius participatus est sententiae, eius et pater et antistes adparuit. Omnes autem hi multo posterius, mediantibus iam ecclesiae temporibus, insurrexerunt in suam apostasim.

[1] Inde conligere licet, in haereseos crimine secundae tunc confessioni et paenitentiae locum fuisse. [2] Ipse igitur penitus ab ecclesia recessit. [3] Cfr. supra III 3, 3: 'deinceps Hyginus, post Pius, post quem Anicetus'.

3 2044 069 677 664

Von Sr. Heiligkeit dem Papste Pi
fasser nach Ueberreichung der fünf ersten Hefte des Florilegiums am 8. Februar 1906 ein huldvolles Schreiben, dessen Anfang lautet:

„Geliebter Sohn, Gruss und Apostolischen Segen!

Schon vor einiger Zeit waren Uns Dein Fleiss und Deine Gelehrsamkeit von kundiger Seite warm empfohlen worden. Aber mehr empfehlen Dich Deine Verdienste, wie Wir jetzt zu Unserer Freude aus Deinen durch Wissen und gesundes Urteil hervorragenden Schriften erkennen. Da es Uns sehr am Herzen liegt, Unsere geliebten Söhne in Christo, zumal wenn sie in den heiligen Weihen stehen, zu Arbeiten für die Kirche und für die Wissenschaft anzuregen, so sagen Wir Dir nicht nur für das übermittelte Geschenk Dank, sondern wünschen Dir auch von ganzem Herzen Glück."

Urteile der Fachpresse über das sechste Heft des Florilegiums.

Der Herausgeber hat die vier Pariser Handschriften des Apologetikums, darunter die wichtige nr. 1623 aus dem 10. Jahrh., und die
von Montpellier aus dem 11. Jahrh. — prüfte
ferner mit Sc eine
besondere Fa ıalten
die Schrift sc darf,
tüchtigen Re ihrer
Erläuterung. ı, um
so mehr, als mmer
noch aussteht Sep-
tember 1906)
Neben es in
den wichtigst ietet,
hat Rauscher usge-
stattet, welcl einer
Sammlung a oder
selbst unter Aus-
gaben des Af christ-
liche Kirchen llians
einzuführen. der
Ausgaben de er S.
J. in der The
C'est l non
seulement à rtout
parce que l'é vari-
antes, d'ordin ı der
Revue d'hist.
De ces polo-
gétique absol Que
de difficultés airs!
Je n'hésite p sque
toujours supé s, et
c'est un gra J. P.
Waltzing in

Bonn, n.

MAR 17 1920
DUE APR 11 1920
DUE MAY 28 1920
DUE JUN 25 1920
DUE APR 10 1945

In **P. Hansteins Verlag** in **Bonn** erschienen ferner:

Allerhand Sprachverstand. Kleine deutsche Sprachlehre für alle, denen ihr deutsches Sprachgefühl am Herzen liegt. ℳ 1,50.

Arion, Ernste und heitere Lieder für Schüler höherer Lehranstalten, herausgegeben von Aug. Höller. 2. Aufl. 1903. Lw. ℳ 1,—.

Borusschener, Deutsch. Eine systematische Zusammenstellung der in der heutigen deutschen Sprache vorhandenen Sprachwidrigkeiten und ihre Berichtigung. ℳ 2,—.

Dyroff, Ad., Prof. Dr., Ueber das Seelenleben des Kindes. 1900. ℳ 1,—.

Esglert, W. Th., Prof., Von der Gnade Christi. Text des hl. Thomas von Aquin Summa Theologica p. 2, qu. 109—114 mit deutschem Kommentar. I. Teil: Das Textstudium des hl. Thomas. Die Notwendigkeit der Gnade für die Erkenntnis. 1896. ℳ 4,50.

Förstemann, E., Altdeutsches Namenbuch. I. Band Personennamen. 2. vollständ. umgearb. Aufl. 1901. gr. 4°. 55 Mk. Eleg. geb. 58,—.

Geyser, J., Das philosophische Gottesproblem in seinen wichtigsten Auffassungen. 1899. ℳ 3,60.

— Grundlegung der empirischen Psychologie. 1902. ℳ 4,50.

Hähler, Roman eines Seminaristen. 1905. ℳ 3,—, geb. ℳ 4,—.

Kreuzberg, J. P., Geschichtsbilder aus dem Rheinlande. Ein Beitrag zur Heimatskunde der Rheinprovinz. 1905. ℳ 2,—, geb. ℳ 3,60.

Langenberg, Quellen und Forschungen zur Geschichte der deutschen Mystik. 1901. ℳ 5,—.

Mendel, Th., Über die Aufgabe des Gymnasiums gegenüber den sozialen Irrungen der heutigen Zeit. 1906. ℳ —,80.

Prill, Einführung in die hebräische Sprache. 2. Aufl. 1902. ℳ 2,—, geb. ℳ 2,50.

Rauschen, G., Die wichtigeren neuen Funde aus dem Gebiete der ältesten Kirchengeschichte. 1905. ℳ —,80.

Reden und Briefe der Apostel mit Einschluss der Apokalypse in deutscher Nachbildung und Erläuterung von Prof. Dr. E. Terwelp, ℳ 3,—, geb. ℳ 3,60.

Rolfes, E., Des Aristoteles Buch über die Seele, übersetzt und erläutert. 1901. ℳ 5,—.

Schorn (Kammergerichts-Präsident), Lebenserinnerungen. Beitrag zur Geschichte der Rheinlande im XIX. Jahrhundert. 2 Bde. 1898. ℳ 10,—, geb. ℳ 12,—.

Schrörs, H., Die Bonner Universitätsaula und ihre Wandgemälde (im Druck).